

Xe. 19.
1.

CVRATIONVM
EMPIRICA-
RVM NOVARVM
IN CERTIS LOCIS ET
notis hominibus optimè ri-
teq; probatarum & ex-
pertarum


CENTVRIA III.

Autore

MARTINO RVLANDO
Frisingense Bauaro, Medico Pa-
latino & Laugin-
gano.

*Cum INDICE continente morbos, e-
grotorum nomina, Loca, & Medica-
menta iuxta Curationum
seriem digesto.*

BASILEÆ.



Nobiliss. & Generoso

D. IOSEPHO

SIGHARTTEN A

LEONBACH ET ACH-

leiden, S. CAES. MAIEST. & infe-

rioris AVSTRIAE REGIMINIS

CONSILIARIO prudentissimo,

doctissimoq; , viro humanitate, pie-

tate, & vitæ integritate magno; Me-

dicæ, Chymicæq; artis, ac rerum

multiplici cognitione

egregiè

ORNATO

Tertiam hanc CENTURIAM CVs

RATIONVM novarum

MART. RVLANDVS Me-

dicus Palatinus & Lau-

ginganus

IN

Amica obseruantie Pignus

Donat, Dedicatq;.

A 2 IN

4 IN
CENTURIAS CLA-
RISS. ET PRAESTANTIS.
viri, D. MARTINI RVLANDI
Medicinæ Doctoris excellentis.
& Physici Laugingani or-
dinarij celeberr-
mas.

*Q*uanta fuit Medicis ars & sapientia
priscis

Tempore quò Couis claruit Hippocrates
Philyriusq; senex, Podalyrius atq; Machaõ

Cum patre, quem sæui sustulit ira Iouis:
Tanta profecto hodie est, vel (dicto igno-
scite) maior

Pleraq; quum cedãt prisca reperta nouis
Obsita pulueribus pridẽ medicina iacebat,

Clarior Eo quæ modò sole nitet.
Forsitan à proavis data neglexere nehotēs,

Nostra vel antiquis nota fuere minus,
Aut Mundi extrema medicamina plura se-
necte

Suppeditat patria pro bonitate Deus,
Que

5
Quae nunc non vno conscripta volumine
tandem

In lucem faustis edidit oscinibus,
Intima naturae dum scrutās viscera nostrer
RVLANDVS medicas ornat & au-
get opes.

Ergo viri nomen praesens venerabitur aetas
Scripta q̄; posteritas ingeniosa leget.

CHRISTOPHORVS
Homagius Decanus
Suabacensis P. Laur.
doctifs. F.

DE
MARTINO RVLANDO
Medico praestantifs.

Grassantūm vt quondam seuisimā
monstra ferarum

Herculis eximij succubere manu:
Sic iam RVLANDVS pestis genera om-
nia vincit,

Quae medica vinci non potuere manu.

A 3 RV.

8

RVLANDO *praclari igitur debentur honores,*

Omne salutifera qui fugat arte malis.

IOHAN. Posthius Med.

Doct. Cl. & doctiss phys

sicus Heydelbergensis

aulicus F.

ANAGRAMMATISMI

Nobiliss. & Cl. viri D. Doct.

NICOLAI REVSNERI Iurisc.
& consiliarij Saxonici.

MARTINVS RVOLANDVS.

Artinum ludor sanus?

*Per se firma valent: Medicinam postulas
eger:*

AR T I N V M L V D O R S A N V S,
& vsque beor?

Aliter.

Aliter.

MARTINVS RVOLANDVS.

Mundine laurus ars?

Cara Deo, Musis ars cara. quid? ARS

NE putetur

MVNDI LAVRVS, honos crescit

& vnde decus?

In Centurias

Celeberrimi viri Doctoris

MARTINI RVLANDI

empiricas

Epigramma

M. GEORG. CALAMINI

Silesij.

Q Vis sit Rulandus, virtus docet entheā
libris:

Morbis diuina qui medicantur ope.

Qui legis hos, artem diuam dic esse me-
dentis:

Cum vires curet corporis ac animi.

A 4 SUND-

*Summa viri virtus hominum curare salu-
lutem :*

Sed ratio curet : sit medicina Deus.

Aliud Epigramma.

N*omina sepe suis veniunt conformia
rebus,*

Depingunt mores nomina sepe viri.

*Sic R V L A N D E, tuum nomen bene con-
venit illi*

Officio, celebri laude quod ipse geris.

*Nam requiem praestat vigilans industria
multis,*

Qua tibi Divinus donat et auget amor.

Macte vir, & patrie solers perquire salutem,

Et quacunque potes parte iuvare, iuva.

Nullis cede malis, contra fidentior ito,

Certus, te placidum semper habere Deum.

*Multos vive dies, & mente & corpore sa-
nus,*

Diua tui curam gratia semper agat.

Et quamvis veniant casus & tristia fata,

Hec tamen in stabili speq; fideq; feras.

Deserit

9
Deserit haud vnquam fidentem Christus
IESVS,
Hunc bene qui nouit, cuncta beatus
habet.

Honoris ergò D. Isaacus
Amerbachius F. in terti-
tiam Centuriam Cl. D.
Mart. Rulandi Med. Doct.

CLARIS. ET DOCTIS. VI-
ro Domino MART. RVLANDO
physico Neuburgensi & Lauinga-
no domino & amico ac vicino sem-
per charissimo & vene-
rando.

OMNIA quæ facis, cla-
ris. domine Doctor,
quæq; in hac tertia Cē-
turia in unum collegisti, licet

A 5 ha-



harū rerum nullā cognitionē
 habeam, tamen propter fide-
 lem tuam operam & studium
 mihi adeo probantur, ut non
 satis laudare queam. Perge i-
 gitur ut cœpisti, & in cōmu-
 nem utilitatem prodesse noli
 defatigari relaturus mercedē
 tam ab immortalī Deo, quā
 etiam à posteritate futu-
 ram, & uale be-
 ne.

*Tuus ut quisquam alius
 noctu diuq̄*

Alexander Hienlin
 V. I. Doctor.

CURAT

CURATIONVM
EMPIRICA
RVM NOVARVM
IN CERTIS LOCIS ET
notis hominibus pro-
batarum

CENTVRIA III.

Autore

MARTINO RVLANDO Medico
Palatino & Laugingano.

CVRATIO PRIMA.

Scabiei manuum.



LARIS. & doctif. Doctor Alex-
simus uir, Doctor xander Hee-
ALEXANDER len Juriscon-
HEELEN Juriscō sultus.
sultus celeberrimus,
mus,

12 MARTINI RVLANDI
mus, Illustriss. & Generosiss.
Principis ac Domini D. PHILIPPI
LUDOUICI Palatini Rheni,
Ducis Botariæ, Com. Veldent.
& Sponh. &c. Consiliarius
fidelissimus, & Reipub.
Lauginganæ Syndicus, amicus
meus singularis, percharus
& honorandus, senex utpote
natus annos sexaginta, uel circa,
uexabatur in manibus scabie
insanabili, in qua pustulæ
paruæ, plurimæ, albidæ oriebantur
subinde, quibus ruptis ac
apertis aquositates effluxerent.
Erat hic temperatura phlegmatica,
& scabies ista originem
trahebat ex pituita tenui atq;
falsa.

Lauginga.

scabies maxima.

Malum

CVR. EMP. CENT. III. 13

Malum hoc Cutis uitium
nunquam admisit Curationē,
quāuis usus ab aliis fuerat mul-
tis & uariis remediis nimirum
Lotionibus, Balneis, Vnguen-
tis, Linimentis, & aliis frustra
tentatis. Nam post illorū me-
dicaminum usum statim malū
idem repullulascebat. Tādem
quum pro sua recuperāda ua-
letudine nullum assequeretur
iuuamentum ad me uenit rogi-
tans ut pro singulari inter nos
contracta amicitia singularem
& certam ego quoque adhibe-
rem Curam. Quod lubentissi-
mè feci, atque meo Consilio &
auxilio liber ab isto malo pau-
cis diebus euasit sic.

AQUA

34. MARTINI RVLANDI:

Aqua Mercurialis.

*Aqua Mers
urialis.*

Post Euacuationem corporis Vniuersalem & Venæ medianæ sectionem manè & uespèri meo monitu apertas, ruptasq; ac expressas pustulas lauit quotidie aqua nostra Mercuriali, quæ postea per se siccabantur. Hanc lotionem cum continuasset intra paucos dies, sanatæ sunt manus ex toto.

CVRATIO II.

Asthmatis.

*Asthma.
Io. Dēhartt
Holizen.*

IO. Demhart rusticus ex Holzen pago Laugingæ ciuitati adiacente oriundus patiebatur circa ætatis annum sextum supra trigessimum Anhelationem.

CVR. EMP. CENT. III. 15
nem. Nam pectus erat graue,
angustum & arctum, spiratio
magna ac densa, tussiebat fre-
quenter, sed parum reiiciebat.
Ego petenti à me bonum con-
siliū ad hunc modum Cura-
tionem præscripsi.

Victus ratio.

Aër esto calidus & siccus.

Cibus calefaciens & siccans,
ut carnes tostæ uel assatæ, &c.

Potus, Vinum tenue, item,
Hyslopites, Enulatum. Aqua
mulsa, in qua Hyslopi parum
in coquatur.

Exercitium leue.

Somnus moderatus.

Animi pathemata uitentur.

VACUA-

16 MARTINI RVLANDI

Vacuatio.

Rec. Aquæ Bened. vnc. j.

Vini tantundem.

Commiscentor pro haustu-
lo: quo aluo & ore permulta
uiscosa, crassa & lenta reiecta-
bat: & paucis post diebus, se ex
toto sanum esse factum mihi si-
gnificabat.

CVRATIO III.

Hydropis Ascite.

*Hydrops,
Ascites.*

*Hans
Schmid
Aichbrunn.*

IO. Schmid agricola Aiche-
brunnensis natus annos tres
supra quadraginta lapsus fuit
in hydropem aquosum, Ascitē
dictum. Nam Venter, pedes,
femora, scrotum & uirga intum-
uerant, aliæ uerò partes cor-
poris

poris paulatim cōtabelcebāt,
spiritus difficilimè trahebatur,
sitis erat multa. Urina meieba-
tur rubicunda. Ad hunc uoca-
tus curam instituo hoc modo.

Regimen.

Victus rationem concede-
bam calidam siccam.

In Aëre uiuebat calido sicco.

Cibis uestebatur calefacien-
tibus & siccantib. qui aroma-
tis condiebantur.

Potus erat in prandio absin-
thites, aliàs iuniperinum uinū.

Pro Exercitio frictiones ad-
mouebam.

Somnus nocturnus & non
multus concedebatur.

Timor, tristitia, alięq; animi

B per

18 MARTINI RVLANDI
perturbationes prohibebātur.

Vacuatio.

Singulis 4. diebus exhibui
sequentem Haustum: qui mi-
raculosè depellit Hydropas:

Rec. aquæ absinthij ꝑnc. v.

Extracti Diacolocynthi-
dis scrup. ij.

Dissoluantur ad ignē. Hæc
potio multas aquositates, mul-
tos flatus, multos quoq; alios
uitiosos humores quavis uice
sine dolore & molestia eduxit,
ac mirum in modum profecit.
Nam indies tumor totius cor-
poris diminutus est, anhelatio
recessit, sitis remisit, appeten-

*Potio An-
thydropica.*
Tumor scro-
tæ uirga, tia cibi rediit. Vrina natura-
lior facta fuit. Supra scrotum
tamen

Handwritten signature or scribble

CVR. EMP. CENT. III. 19
tamen & uirgam maximè in- *Cataplasma*
tumefacta meo iussu admouit *Anthytro-*
manè & uesperì per lintea tale *picum.*
Cataplasma.

Cataplasma.

Recip. Micæ panis secalicet
M. iij. cum s. q. lixiuñ
coquantur ad formā pul-
tis: quæ inducatur.

Supra lintea, & apponatur
calidè. Deposuit intra 12. dies
hoc cataplasma omnem tumo-
rem. Atque sic ab hoc grauissi-
mo & diuturno morbo per sin-
gularem DEI opt. Max. gratiã
liberatus est duorum mēsiū
spatio. Deo soli τῷ Ἀρχιάτρῳ τῷ
ἁγιωτάτῳ laus esto in omne æ-
uum,

B 2 CVRA-

20 MARTINI RVLANDI
CVRATIO IIII.

Vomitus
ang. Men-
strui.

Caspar Stri-
gel.
Laynga.

*Vomitus sanguinis menstrui &
symptomatum.*

CAspari Strigelij, ciuis Lau-
gingani uxor annorum tri-
ginta octo incidit tēpore men-
struationis in crebrum uomi-
tum sanguinis. Nam reiecta-
bat nō solum quæ comedebat
& bibebat omnia, sed permul-
tum etiam menstrui sanguinis.
Quia hoc tempore consueto &
determinato fluxui menstruo,
supprimebantur menses: quos
natura conata est expellere per
alias uias superiores. Patieba-
tur cum isto malo etiam uertigi-
nem capitis dolorem, mem-
brorum

CVR. EMP. CENT. III. 21

brorū lassitudinem, pallidiss.
erat facie. Lotium aqueum. E-
go adhibitus ad consilium mu-
lierem, auxiliante manu diui-
na, mox curavi, ut sequitur.

Potio.

Recip. Spiritus uitæ rubei *Spiritus ui-*
vnc. j. s. *ta R.*

Hoc frigide epoto protinus
mirum dictu cohibitus est o-
mnis uomitus: & fluxus ad in-
feriora recessit. Sequenti die
symptomata euanuere, & uri-
na naturalis reddita est.

Victus.

Ratio uictus erat calida. Aer
calidus, potus, uinum tenue,
uel dilutum. Somnum impe-

B 3 ras

22 MARTINI RVLANDI
rabam, à uigiliis prohibebam.
Quietem animi & corporis an
teponebat motui tum corpo
ris tum animi.

CVRATIO V.

Coli doloris.

Colica pas
sio.
Michael
Gebeler.
Lauginga.

Michael Gebeler Machæro
pæus Lauginganus patien
batur circa ætatis annum 52.
fæuissimum & crudelissimum
dolorem colicum cum cibi pos
tusq; uomitu. Urina erat spu
mosa & turbida. Hunc mox
sanabam ut sequitur.

Purgatorium.

Recip. Spiritus uitæ Aurei
vnc. j.

Hoc ualde est expurgatus,

ac.

CVR. EMP. CENT. III. 23

ac inde quieuit, uomitusq; cō-
stitit, & urina naturalis facta.

Sed dolor cito recidit.

Pilula Anodyna.

*Pilula ano-
dyna.*

Quare Recip. pilul. è cyno-
glossa scrup. ij. cum syru-
po uiolato fiant pilulæ v.

His insumptis dolor recessit.

Dieta.

Victus ratio erat calefaciens
& humectans. Vinum genero-
sum, & absinthiacum.

Manè ientaculi loco præbe-
bam uini adusti vnc. ij. cum
intrita panis. Atque ex his fa-
ctus est sanus.

CVRATIO VI.

Pleuritidis.

Pleuritis

B 4

In

24 MARTINI RVLANDI

Lauginga.
Marx
Merckle.

IN Lauginga oppido Marcii
Merckle filia Regnia circa. 15.
ætatis annū lateris dolore pun-
gente exercebatur, cum tussi,
& spiritu difficili. Urina erat
bona.

Hanc intra triduum curabā
sequenti potu.

Sudoriferū
& purgato-
rium.

*Sudoriferum & Purgato-
rium.*

Rec. Aquæ Benedictæ no-
stræ vnc. iij.

Hæc epota in lecto bene cō-
tecta sudauit multum & aluo
purgata, atq; statim melius ha-
buit & conualuit.

capitis A-
lores seu
tineæ.

CURATIO VII.

Achorum, siue Tineæ.

Vrsu-

VRsulam Vuegelerinā inua-
serunt Laugingæ Achores, *Lauginga.*
& tumores in capitis cute te-
nuibus foraminibus eam exul-
cerātes, & sanem uiscosam ef-
fundentes, cum pruritu & ca-
pillorum defluuio. Et hæc ma-
la passa est circa ætatis annum
trigesimum. Hanc sanam feci
paucis remediis sequentibus.

Purgatorium.

Rec. Aquæ terræ sanctæ no- *Aqua terra*
stræ vnc. vj. *Sanct.*

Hanc manè sumebat, & per
duas horas ante coenam, ac se-
quenti die iterum manè. Per
istam aquam humor acris, se-
rosus, mordax & pituita nitro-
sa ac salia, quæ sub cute putre-

B s sce-

26 MARTINI RVLANDI
seebat, euacuata est optime.

Phlebotomia.

Corpore euacuato Venam
secuit Medianam.

Lixiuum.

Caput lauabatur manè &
uesperi Aqua Decoctionis pi-
lorum & foliorum quercinos-
rum.

Linimentum.

Capillorum defluuium sub-
latum est oleo fulfuris nostro
uesperi post Lotionem illito.
Nam hoc oleum pilis regene-
randis inprimis est utile ac ido-
neum.

Oleum ful-
furis,

Scarificatio.

Præter hæc imperabam sca-
rifica

CVR. EMP. CENT. III. 27

rificationem scapularum, bra-
chiorum, & tibiârū bis singu-
lis mensibus Luna decrefcente
perficiendam. Atque fic ex to-
to fanitati citò reftituta fuit.

CVRATIO VIII.

Podagra.

IO. Iacobus Refchinger anti-
graphari, in Monafterio Me-
dingenfi Palatino anno ætatis
circiter xxx. infestabatur dies
noctesq; grauiffima podagra,
q̄ intolerabile ingerebat mal-
leolis tormentum, quod exten-
debatur ufq; ad coxas, & pro-
pter hos dolores corpus, & mē-
bra ægerrimè mouit. Compe-
fcui autem cruciatus iftos fla-
tim

Podagra.

Io. Iacobus
Refchinger

Medinga.

28 MARTINI RVLANDI
tim per Aquam nostram An-
tipodagricam sic.

*Aqua Anti-
podagricam.*

Aqua Antipodagricam.

Spleniū madefcebat Aqua
nostra Antipodagricam, & subca-
lidè malleolis accommodaba-
tur, quoties uerò siccabatur
splenium, eadem aqua madi-
dabatur; & sic dolor finiit in-
tra 8. horas; ubi tunc statim re-
mouit splenium, & intra diem
liberatus ambulare saluis pedi-
bus facilè coepit. De ista Aqua
nostra Antipodagricam plura le-
ge in praxi pharmacopolarum
nostra.

*Chiragra.
Simon Lëtz.
Giglinga,*

CVRATIO IX.

Chiragra.

Simon Lëtz præfectus in Gig-
linga



CVR. EMP. CENT. III. 29

linga oppidulo Vuirtembergii
co'gtatis anno sexagesimo Chi-
ragra affligebatur in sinistra
manu, eiusq; carpo, articulis &
digitorum uinculis, circum a-
derat tumor, rubor, inflamma-
tio, & pulsans dolor.

Pro hac leuanda & penitus
tollenda chiragra applicauit
meo iussu Aquam nostrā An-
tipodagricam ad eum modū,
quem in ista centuria indicaui-
mus, & statim recessit dolor, ca-
lor tumorq; , atque intra octo
dies optimē conualuit, ualde
que huius Aquę uirtutes præ-
dicauit, laudauit & com-
mendauit.

*Aqua poda-
grica.*

CYRA

30 MARTINI RVLANDI
CVRATIO X.

Febris Quotidiana, vermium, &c.

*Febris quo-
tidiana, uer-
mes.*

*Ventriculi
morsus: con-
stipatio.*

*lac. Vuey-
mair.*

Ayslinga.

Iacobi Vueymayri uxor cir-
citer annum ætatis 35. in Ays-
linga pago non longè à Lau-
ginga sito uexabatur quotidie
febre intermittente, quam uer-
mes, uentriculi morsus, aluiq̃
constipatio comitabantur.

Hanc sanam reddidi paucis
sequentibus remediis.

Catharticum.

Rec. Decocti senæ, florumque
centauri minoris vnc. iiii.

Syr. de absinthio vnc. s.

Diaturbith cum rheobarba
ro drach. vi. s.

Miscantor pro Haustu: quem
exhau-

exhaustit manè calidè: qui constipationem remouit, uermes deiecit, febrem pepulit, uentriculi morsum abstulit, atque in dies ad sanitatē reduxit ægrā.

Dieta.

Potus erat uinum absinthiacum.

CVRATIO XI.

Febris Quartana & Asthmatis.

IN Ayslinga pago prædicto Nicolaus Mayr agens annū 40. febre Quartana diu laborauit, & asthma patiebatur. Hic à me paucis his curatus est.

Sudoriferum & Vomitorium.

Rec. aquæ Carduibenedicti

ꝑnc. ꝑj.

Radia

Febris

Quartana

& Asthma.

Ayslinga.

Class. Mayr

Sudoriferū

& Vomito-

rium.



32 MARTINI RVLANDI
Radicum Afari pulueratarū,
scrup. ij. s.

Cōmiscantur pro haustu:
quo epoto calidè in lecto bene
contectus sudauit per septem
horas ante paroxysmum. No-
no die repetiuit eundē haustū.

Dieta.

Potus erat in Mensa deco-
ctum scolopendriæ, cichoriū,
hyssopi cum passulis.

Ante coenam per 3. dies acce-
pit aquæ fontanæ vnc. ij. quib.
olei uitrioli guttas tres admi-
scebam. Et sic statim liber eua-
sit a febre.

CVRATIO XII.

Chiragra, & Podagra.

Chiragra.
Podagra.

IOhannes Mayrhofer Merca-
tor

CVR. EMP. CENT. III. 33

tor Augustanus Podagra & Io. Mayrho-
chiragra multis annis labora-
uit maximè autumno & uere. *Vindel.*

is anno ætatis 50. à me petiit a-
quam Antipodagricam, quam
misi, & quando podagra in uis-
gore erat, applicare iussi per lin-
teola, quæ ubi siccata fuerant

iterum madefiebant, idè con-
tinuabatur dies noctesq; quo-
ad dolor recesserat. Postea idè

fomentum manibus chiragri-
cis etiam imponebatur ad eun-
dem modum. His factis intra
paucas horas Mercator iste me-
lius habuit, & functiones ma-

nuum pedumq; mox ro-
bustæ factæ

sunt,

C

CV

*Aqua anti-
podagricæ.*



34 MARTINI RVLANDI
CVRATIO XIII.

Dysenteria.

*Adolescentis Dysenteriam
patientis.*

Hans Hoff-
schneider.
Ayslinga.

IO. Hoffschneider Ayslingen-
sis filius Sixtus natus annos
septendecim laboravit intesti-
norum difficultate, seu Dysen-
teria, qua cum coniuncta erat
anhelatio.

Is melius statim habere cœ-
pit & sanus mox euasit per se-
quentia medicamenta.

Sudoriferū
& cathartis-
cum. Aqua
terra S.

*Sudoriferum & Cathar-
ticum.*

Rec. Aquæ terræ sanctæ no-
stræ vnc. v.

Hanc manē in lecto bene co-
operatus ebibit frigide & suda-
uit.

uit. sequēti die iterum accepit:
ubi statim remisit Dysenteria
& asthma.

Fotus.

Anus interea fouebatur Fo-
tu ex glandibus quercinis ace-
to forti coctis facto.

Dieta.

Potus erat Aqua clara, fris-
gida, cui imponebatur argilla
usta contusa.

Cibum imperabam tenuē,
modicum & siccantem. De Aqua terra
quæ terræ sanctæ uiribus, dosi Sanctæ.
& usu uide obiter in nostra pra-
xi pharmacopolarum.

CVRATIO XIII.

Gravis Pleuritidis.

C 2 Io.



Pleuritis.

Iohan. Yel.

Vnderbech

ga.

IO. Yel rusticus in Vnderbe-
chinga natus annos quadra-
ginta pleuritide grauiter affe-
ctus fuit, aderat dolor puncto-
rius, spiratio frequens, tussis,
febris cōtinua, ardorq; lingue.

Hic meo consilio usus mox
liber, atque sanus factus est se-
quentibus adhibitis remediis.

Vena sectio.

Ex cubiti affecti lateris Ve-
na hepatica copiosè extraxit
sanguinem: & ista euacuatio
plurimū profuit: siquidem pū-
ctiones, asthma, & febris remit-
ti cœperunt.

*Linctus co-**quens expur-**gans.**Linctus.*

Rec. Syrupi de Liquiritia.
de hyssopo

acces

EV. EMP. CENT. III. 37

acetosæ sana vnc. j.

Oxymel. squillitici.

Aceti squillitici ana dra. iij.

Fiat Linctus, quē sæpe, maxime uerò instante tussi transmittibat lambendo paulatim. Nam sputū multum facilitabat & expurgabat, linguæque ardorem tollebat unà cum sequenti decocto.

Vidus ratio.

Cibus erat leuis & tenuis, ut iuscula, &c. potus hic:

Decoctum pectorale pleuriticum.

Decoctum pleuriticum

Rec. Hordei vnc. iij.

Cardui Mariæ. M. j.

C 3 Ro.

38

MARTINI RVLANDI

Rosarum

Violarum

} ana p. j.

Liquiritiæ rasæ drach. iij.

Ficuum num. iij.

Passularum vnc. j. s.

Saccharicandi vnc. ij.

Coquantur in æquæ librís
16. ad cōsumptionem lib. 2. de
inde colatum bibit frigidè ad
satietatem. Atque sic ex toto
liber & sanus mox euasit.

CVRATIO XV.

Pestis.

Pestis & Bubonis.

Doct. Alber
tus Faber.
Dilinga.

CL. d. Doct. Alberti Fabri
Marquarti R. Episcopi Au-
gustani Cancellarij ancilla an-
norum 28. pestilente feбри con-
tinua cū Bubone sub alis, cœ-
pit corripí Dilingæ.

Hæc

CVR. EMP. CENT. III. 39

Hæc mox per Dei gratiam
a me curata est, ut sequitur.

Venæ sectio.

Media nocte secui uenam
hepaticam.

Sudoriferum,

Vomitorium,

Purgatorium.

Sudorifer

Vomitorium

Purgatorium

Sequēti die post sectionem
manē.

Recip. Aquæ terræ sanctæ
vnc. vi.

Hanc calidè bibit & in lecto
bene cooperta sudauit, uo-
muit, & aluo nonnihil laxata
fuit. Reiterauit hoc per duos
sequentes dies: & mox rectius
habere cœpit.

Aqua ter-

ræ S.

C 4 *Victus.*



40 MARTINI RVLANDI

Victus ratio.

Potus fuit aqua hordeacea
saccharata.

Cibus refrigerans & humes-
cans, ut iuscula, &c.

Bubonem.

Bubo.

Maturans.

Rumpens.

Glutinans.

In alis maturauit, rupit, con-
glutinauit oleum nostrum sul-
furis & Emplastrum Diasulfu-
ris desuper appositum. Atque
sic paucis diebus sanitati resti-
tuta fuit.

CVRATIO XVI.

Ophthalmie siue Lippitudinis.

Ophthal-

nia, Lippi-

tudo.

Jacob Roth,

Lauginga.

Iacob Roth Ahenarius Lau-
ginganus grauissimè labora-
bat Oculi dextri lippitudine,
ut penitus nihil uideret, oculū
agrè

CVR. EMP. CENT. III. 41

ægrè aperiret, intus enim uide-
batur rubicundus, sanguinosus
lentus, aderatq; dolor grauanus,
nebulæ crassæ, & lachrymæ cō-
tinuæ ob destillationē à capite.

Hic meo usus consilio breuī
sanitatem obtinuit sic.

Purgatorium.

Recip. Extracti esulæ Nucis
quant. Aquæ. vnc. v.

Quibus mixtis, colaturam
bibit frigide, & recte euacua-
tus fuit.

Aqua ophthalmica.

*Aqua opha-
thalmica.*

Manè, meridie & uesperī su-
pinus decumbens oculum la-
uit aqua Ophthalmica calente
nostra, & post lotionem cubuit

C 5 su-

42 MARTINI RVLANDI
supinus per quadrantem horę.
Atque huius Aquę uirtute in
dies dolor, rubor, & nebule dis
cesserunt & paucis diebus in
totum oculi sanitatem conse
curus est. Nam per istam no
stram Aquam multis Cęcis ui
sum restituo, omniaq; oculorũ
mala & uitia externa tollo sine
omni doloris sensu.

Oculorum
suffusio, ne
bula, rubor,
dolor.

CVRATIO XVII.

*Suffusionis, & Nebule crasse ac
magnę apparentis in altero
oculorum.*

Thomas Le
berwurfst.
Lauginga.

Thomas Leberwurfst athena
rius etiam Lauginganus pa
tiebatur in dextro oculo hypo
chysin, crassam & magnam ne
bulam, cum inflammatione, ru
bore

bore & dolore, propter quæ
 mala uisus intercipi cœpit, &
 diminutissimè uidit, nonnun-
 quam nihil. Vir hic fuit anno-
 rum circiter 60. cuius sinister
 oculus multis antè annis fuit
 corruptus & ex toto deperdi-
 tus uirgulto, quo pupilla erat
 uulnerata, læsa ac penitus cor-
 rupta, ita ut nunquam curatio-
 nem admiserit. Hic autem ocu-
 lus à me curatus est ad hunc
 modum.

Aqua Ophthalmica.

Hic, cum ad me ueniret ut
 curaretur (audiuit enim mihi
 aquam ophthalmicam nouam
 esse, quæ certò sanet oculorum
 omnia uitia, & ipsam etiam ce-
 citatem

*Aqua oph-
 thalmica.*

44 MARTINI RVLANDI
citatem extrinsecus causatam)
manè, meridie atq; uesperis su-
pinus decubuit ad dimidiam
horam, ubi sic cubanti ex aqua
ophthalmica guttas tres subca-
lidas imposui oculo, & desu-
per applicaui linteolum tripli-
catum rarum aquæ oph. intin-
ctum: ex quibus indies melius
habuit, omniaque remitti cœ-
père, ac intra 20. dierum spatiū
in totum, Domino me iuuan-
te, sanatus est oculus, uisusque
ex integro restitutus sine alia-
rum rerum adminiculis.

Pleurisis.

Lienhartt

Kaintz mā.

Bercken.

CVRATIO XVIII.

Pleuritidis deploratæ.

Leonhardo Kaintzman Cau-
poni Bercken pago Laugin-
gæ

gæ oppido uicino circa ætatis
 annum quinquagesimum sæ-
 uissimo morbo pleurítico op-
 pressus fuit. Nam aderat dolor
 pūctorius ualdē molestus, qui
 ad hypochondrium & ad cla-
 uiculam extendebatur. Spira-
 tio erat frequens, febris conti-
 nua, tussis sicca, lingua arida,
 sitis multa, multæq; uigiliæ.

Lotium erat subrubens, pau-
cum, turbulentum & spumo-
sum. Pulsus frequens, durus,
ac inæqualis. Hic meo usus cō-
filio aspirante Dei opt. Max.
 Archiatri clementia mox libe-
 ratus est per sequentia pauca
 remedia, quæ sic habebant.

Dieta.

46 MARTINI RVLANDI

Dieta.

Decumbebat in aëre temperato.

Cibus erat leuis & tenuis, ut iuscula carniū, gallinarum, pisorum, &c.

Potus erat Decoctum hoc:

*Decoctum
pectorale.*

*Decoctum præstans in
pleurisi.*

Nam abstergit, incidit, educit & sitim depellit.

Rec. Hordei mundi M. iij.

Violarum P. ij.

Glyzyrrhizæ vnc. s.

Iuiubarum vnc. j.

Sebesten vnc. ij.

Carduibenedicti M. j. s.

Fiat Decoctio in s. q. aquæ
ad

CVR. EMP. CENT. III. 47
ad libras xij. Colaturæ admix-
sceatur Sacchari Violati, vnc.
iiij. fiat Potus.

Corpori præterea Quies im-
perabatur, ac Somnus.

Ruptorium & Vomitorium.

*Ruptorium,
Vomitorium.*

Rec. Aquæ Benedictæ.

Aquæ fontanæ ana vnc. j.

Syrupi violati drach. iiij.

Miscentor pro Haustu: quo
apertus est abscessus: uomuit
enim multū, & per tussim spu-
ta purulenta & uariè colorata
reiecit atq; dolor, febris & cæ-
tera decreuerunt.

Venæ sectio.

Sequēti die meo monitu Ba-
siliam uenam in affecti lateris
cubito secuit & multum san-
guinis

48 MARTINI RVLANDI
guinis extraxit: ex qua missio-
ne omnia facta sunt mitissima,
& perpaucis post diebus om-
nino conualuit.

CVRATIO XIX.

Febris quo-
tidiana.

Febris quotidiana, sudorisque
continui, diuturni &
nocturni.

Sudor.

Medinga.

Häs Sturm.

Comperta in Medinga in Io-
annis Sturm uxore annos
50. nataque ex istis sana ita e-
uasit.

Sudoriferū.

Sudoriferum.

Rec. Cardui benecti M. ij.

Decoquantur in aque & uini
ana lib. iij. ad dimidias.

Decocti huius capiebat ma-
ne ieiuno stomacho ad uncias
sex calide, ac in lecto bene coo-
perta

CVR. EMP. CENT. III. 49
perta sudabat diu multumq̄
per dies aliquot nimirum usq̄
ad remissionem morbi & sym-
ptomatis.

Dieta.

Potus in mēsa erat aqua cha-
libeata. Atque his solis ad sa-
nitatem paucis diebus rediit.

CVRATIO XX.

Febris Tertianæ.

EXperta Medlingæ in Moli-
tore nato annos 36. qui pau-
cis sequentibus remediis mox
sanatus est.

*Febris Ter-
tiana.*

Medlinga.

Catharticum cholagogum.

Rec. Aquæ Benedictæ.

Aquæ Centaurij minoris
ana vnc. j.

Syrupi acetositi citri vnc. s.

D Mi-

50 MARTINI RVLANDI
Miscentor pro potiuncula.
Quæ uomitu & secessu peccan-
tē materiā euacuauit copiosè.
Phlebotomia.

Purgato sic rectè corpore se-
quenti die secuit uenam Basi-
licam.

Dieta.

Victus ratio erat refrigerans
& humectans. Cibi copia par-
cior.

Bibebat Decoctum radicum
cichorij saccharatum.

CVRATIO XXI.

Lumbrici.

Vomitus.

Membringæ.

*Lumbricorum, Vomitus, A-
norexia.*

EXperientia comperta Mem-
mingæ in Telonarij infante
nato annos circiter quatuor,
quem

CVR. EMP. CENT. III. 51
quem statim sanaui, ut docent
sequentia.

Potiuncula cathartica.

Rec. Lactis recentis vnc. j.

Diaturbith cum rheobar
baro drach. j.

Extracti esule scrupulum
dimidium.

Commisceantur, pro potu,
quem calidè lubens ebibit, uer
mes eiecit & actutum sanus fa-
ctus est.

Dieta.

Pro potu dabatur uinū pas-
sularum.

CVRATIO XXII.

Pleuritidis Linguae ardoris.

Hermannī Schaberi uxor cir
ca ætatis annum septimum

Pleuritis.

Linguae

dor.

Hermann

Schaber.

D 2 su

52. MARTINI RVLANDI
iupra trigessimū pleuritide la-
Vuidlissin- borabat desperata *Vuidlissin-*
ga. *ga.* Vrīna erat ruffa, spumosa,
confusa. Hæc à me curata fuit
ut sequitur.

Phlebotomia.

Cūm uir eius ad me ueniret,
iussi statim aperire hepaticam
uenam affecti lateris, ex qua se-
ctiōe paullo meliusculè habuit.

Purgatorium.

Altero post sectionem die
exhibui aquam, quæ

Rec. Aquæ Benedictæ.

Aquæ fontis.

ana unc. j. Misceantur.

Hæc uomitu multum & al-
uo nonnihil rectè expurgata
fuit,

CVR. EMP. CENT. III. 53
fuit, & statim melius se habere
confessa fuit.

Gargarismus.

Crebro utebatur Gargaris-
mo ex decocto raparum.

Lambitium.

Post Gargarismum lambe-
bat sequentem linctum.

Rec. Decocti pectoralis.

Syrupi uiolati simpl.

singul. vnc. iij.

Commiscentor. Hæc repeten-
bat, quoties lingua arescebat.

Dieta.

Erat refrigerās & humectās.

Potus Decoctum sequens.

Rec. Hordei mundi vnc. iij.

Carduibenedicti M. j.

Scabiosæ M. s.

D 3

Ras

54 MARTINI RVLANDI
Radicum scabiosæ vnc. ꝑ.
althæę vnc. s.
Ficuum num. iij.
Iuiubarum vnc. s.
Passularum vnc. j s.
Saccharicandi vnc. ij.

Commisceantur, & Deco-
quantur in aquæ lib. 16. ad con-
sumptionem lib. 2. colaturam
bibit quantum lubebat ad re-
stinguendam sitim.

Atque per ista omnia breui
sanitatem obtinuit.

CVRATIO XXIII.

Capitis doloris, & Vertiginis.

capitis do-

or.

ertigo.

arte Frey-

g.

atta.

EXperta in Martini Freytag
uxore, quę habitat in Natta:
hęc annos nata. 32. his ægritu-
dinibus affecta fuit. Sed à me
mox

CVR. EMP. CENT. III. 55
mox sanata est in hunc modū.

Decoctum purgans.

Rec. foliorum senæ munda-
torum vnc. s.

Trochis. de agarico
drac. ij.

Arthemisiæ vnc. j.

Zingib. drach. j. s.

Misceantur, ac bulliant uni-
ca ebullitione in seri lactis cas-
prini lib. ij.

Postea macerentur per no-
ctem. Ex hoc bibebat calidè ad
uncias quinque manè & per ho-
ram ante cœnam, & probè eua-
cuata fuit.

Balneum.

Expurgato corpore ordina-
bam ipsi Balneum aquæ dul-

D 4 cis,

56 MARTINI RVLANDI
cis, in qua decoquebantur pu-
legium, origanum, iuniperi &
grana.

Dieta.

Cibus fuit calefaciens & hu-
mectans.

Potus, uinum, cui imposuit
Saluiam.

CURATIO XXIII.

ericia ni-
a, splenis
rrhus, do-

*Ictericæ nigrae, Splenis oppilati,
indurati, dolentis & pun-
gentis.*

oburga.

PRobata Neoburgæ ad Da-
nubiū in Furierer uiro anno
rum 36. qui intra decem dierū
spatium sequentibus remediis
sanus à me factus est.

Purgatio.

Rec. Decocti senæ ex sero las-
ctis

CVR. EMP. CENT. III. 57

ctis facti unc. ij. s.

Syrupi è sena unc j.

Diacatholicôn drach. iij.

Trochis. de agarico drach
mam j. s.

Commiscentor, ut fiat Hau-
stus, quem manè ebibit calidè,
atque sedes biliosas permultas
habebat.

Hydroticum.

Sudoriferū.

Per dies à purgatione quin-
que continuos sudabat manè
in lecto stragulis bene conte-
ctus capiendo de sequenti De-
cocto uino unc. vj. calidè, qui-
bus admiscebat croci scrup. s.

Rec. radicū urticæ lotarū
& incisarum M. iij.

Decoquantur in sufficiente

D s qui;

58 MARTINI RVLANDI
q. uini ad medium.

Vena sectio.

Completo per hos quinque
dies sudore aperuit meo iussu
Basilicam sinistram, & copiose
extraxit sanguinem melancho-
licum existentem.

Vnguentum.

Splenis regionē manē post
sudorem & uesperī perunxit
unguento hoc calidē, & desu-
per lintea calida applicabātur.

Recip. Vng. Dialathææ
vnc. iij.

Olei amygdal. dulcium
vnc. j.

Misceantur, & fiat unguen-
tū, quo duricies, dolor, & pun-
ctio remota sunt adiuumento
præ

CVR. EMP. CENT. III. 59
præcedentium remedium.

Dieta.

Victus erat calefaciens & hu-
mectans. Vino, quod bibit, im-
posuit radices filicis incisas.

Atque ita citò optatam uas-
letudinem integrè Dei benefi-
cio adeptus est.

CVRATIO XXV.

Doloris Brachij.

EXperta Lauginge in Io. Fra-
xinio Magistro & professo-
re in Illustri & celebri Schola
Laugingana, uiro doctissimo
mihicq; familiarissimo: qui Dei
opt. Max. ope & mea fideli cu-
ra adhibita à dolore liber & sa-
nus euasit sequenti unguento.

Unguen-

not
Brachij dor-
lor.
Lauginga.
M. Fraxis-
nius.

60 MARTINI RVLANDI
Vnguentum penetrans &
Anodynum.

R. pinguedinis Taxi } ana
Vulpis } unc. j. s.
Olei mastichini unc. j.
Aceti scrup. ij.

Dissoluantur & misceantur
ad ignem, ut fiat unguentum:
quo affectum brachium manè
& uesperis perungebatur bene
calidè, ac dolor inde indies fa-
ctus est remissior, atq; & mox
recessit.

CVRATIO XXVI.

Febricula, Doloris ventris, in-
appetentia.

Febricula,
Dolor uen-
tris.
Thomas Le
berwurf.
Lauginga.
Hæc mala passus fuit Tho-
mæ Leberwurf ahenarij
Laugingani filiulus aÑos duos
natus:

CVR. EMP. CENT. III. 61

natus: quem curavi sic.

Purgatorium.

Accipiebam scriblitæ mo-
mentū (ein bröckle von einer strauben.)
& affundebam olei Ligni He-
raclij guttas septem: quod de-
inde ieiuno deuorandum præ-
bebam: quo aluo multum pur-
gatus atque confestim conua-
luit, sine aliorum medicamen-
torum administratione.

CVRATIO XXVII.

Podagra.

Christophorus Vuideman
publicus Notarius Laugin-
gæ patiebatur ingentes dolo-
res podagræ, qui impediebāt,
quod iter ualdè necessariū non
potuerit peragere, ut qui dies
noctes.

*Cibus pura-
gatorius.*

*Oleum ligni
Heraclij.*

Podagra.

*Christophoro
Vuideman Nota-
rius.*

Lauinga.

62 MARTINI RVLANDI
noctesq; in lecto decumberebat,
stare ac ambulare non poterat.
Cum uero ille cognouisset re-
medium mihi contra podagrā
singulare esse & longa experiē-
tia compertū uidelicet Aquā,
petiuit & accepit à me hāc, quā
supra membrum dolens & ma-
lè affectum pedem applicauit,
qua statim ac euidenter crucia-
tus diminui & meliusculè se ha-
bere sensit, & sequenti die sta-
re, ambulare ac curru iter insti-
tutum ingredi sanus & in colu-
mis coepit & perfecit.

CVRATIO XXVIII.

Calculi Renum.

SEBALDI MOTZĒ TELONARIJ LAU-
GINGANI, uiri honestissimi us-
xor,

*Aqua podag-
rica.*

*Calculus Re-
num.*

Sebaldus

Motz.

Lauginga.

CVR. EMP. CENT. III. 63
xor, cum esset annor. xxxij. pas-
tiebatur in loco renum acer-
bissimum dolorem ob areno-
sos & calculosos renes. Ad qua
accerfitus cito & integrè ipsam
liberaui Dei nutu & sequenti-
bus præsiidiis.

Balneum.

Ante omnia utebatur Bal-
neo aquæ dulcis.

Vnctio.

A Balneo renes, lumbi & ur-
eteres ungebantur oleo Scors-
pionum calente.

Clyster.

Post applicabam tale Enenca:

Recip. Lactis recentis colati

unc. x,

Olei

64. MARTINI RVLANDI:
Olei chamomillæ unc. ij.
Liliorū alborū unc. j.
Mellis unc. s.
Benedictæ laxat. unc. s.
Fiat Clyster, quo multa ex-
creuit, calculi progressi dolor-
que cessauit.

Dieta.

Cibus: carnes elixæ erant, iu-
scula, &c.

Lacticinia & uiscosa euitabat.

Potus. Vinum aliquot dieb.
bibit iuniperinum. Atque sic
intra triduum per Dei clemen-
tiam euasit sana.

Pleuritis
notha.

Io. Demleus:
ter.

Lauginga.

CVRATIO XXIX.

Pleuritidis falsæ, mendo-

sæ, nothæ.

IOan, Demleuter studiosus &
Illu-

CVR. EMP. CENT. III. 65

Illustrissimi ac Generosissimi
principis ac Domini D. PHIL.
LVDOVICI Palatini, &c. alum-
nus, natus annos XVII. lapsus
fuit in pleurisin mendosam &
falsam, dolebat, febricabat, at
nihil tussiebat. Ad quem uoca-
tus exhibui catharticum hoc.

Catharticum.

Rec. Aquæ Cardui Mariæ
unc. j. s.

Aquæ Benedictæ unc. s.

Syrupi acetos. citri unc. s.

Miscentor pro Haustu: quo
multum ore purgatus est, atq;
continuò conualuit.

Dieta.

Cibi erant humectantes, ut
iuscula, &c.

E

Po-

66 MARTINI RVLANDI
Potus. Decoctum hoc.

Decoctum.

Rec. Cardui Mariæ M. ij.

Passularum unc. ij.

Saccharicandi unc. ij.

Decoquantur in lib. xvi. a-
quæ ad consumptionem lib. ij.
Colaturam bibit, & sine uenæ
sectione sanitati statim restitutus
fuit.

CVRATIO XXX.

*Manus tu-
mor, absces-
sus, dolor.*

*Manus abscessus, Tumoris, cum
Inflammatione & do-
lore.*

*Io. Voyth.
Lauginga.*

IOannes Voyt studiosus in il-
lustri Gymnasio Lauginga-
no, ætatis suæ anno xi. prædi-
cta mala patiebatur in manu.

Ad

Ad quem ueniens sequētia or-
dinabam præsidia.

Cataplasma.

Rec. Florum }
Nymphææ } ana M.ij.
Nasturtij a- }
quatici }

Contundantur cum fortia-
ceto rosato in formā cataplas-
matis addendo parum olei ro-
sacei. Hoc applicabam manè &
uesperi calidè super affectā ma-
num, quo intra bīduum rum-
pebatur apostema, remoueba-
turq; tumor, calor & dolor.

Lotio, Balneum.

Apostema ruptum & ulcus
mox sanatum fuit per lotionē
& Balneum hoc.

E 2 Rec.

68 MARTINI RVLANDI

Rec. Veronicæ M. iij.

Pisorum M. j.

Decoquantur in lixiuñ & aquæ ana lib. x. ad consumpt. lib. ij.

In hoc manum immittebat manè ac uesperì per quartā horæ partem, ex quo indies melius habuit & citissimè conuuluit.

CVRATIO XXXI.

Podagra & Genagra.

Thomas Neuhauser iunior Mercator & ciuis Laugin- ganus annum agens xxi. uel circa, podagra diuexabatur, cū autem eum uisitarem podagra quidem remiserat, Gonagra uerò mirū in modum affligebat, maxi-

*Podagra.
Genagra.
Thomas
Neuhauser.
Lauginga.*

CVR. EMP. CENT. III. 69
maximos habebat Genuū cru-
ciatus cum rubore, calore & tu-
more, & sæuissimè cruciabatur
dies noctesq;. Contra sæuum
& intolerabilem hūc dolorem
adhibebantur permulta topi-
ca, sed sine omni fructu. Ego
tādem applicaui supra totum
genu affectum Aqua Antipo-
dagricam per lintea triplicata,
& quoties siccata fuerant ma-
dificabam iterū eadem Aqua.
Et ecce in horas soluebantur
dolores & remittebant, ac per
Diuinam uirtutem, ipsamque
Aquam a mœstissimo & inten-
sissimo dolore Gonagræ libe-
ratus mox fuit, ut iam annis
multis nunquam amplius re-

E 3 cis

70 MARTINI RVLANDI
ciderit in hæc articulorum ma-
la tristia & acerba. Quare Deo
Opt. Max. debetur meritò pro
ista cura honos, gloria & gratia-
rum actio in omne æuum.

CVRATIO XXXII.

Pleuritis

Pleuritidis nothæ.

notha.

Christopho-

ris Zeeman,

Lauginga.

EXperta Laugingæ in Chri-
stophoro Zeemāno studio-
so annorum XVIII. qui conti-
nuò rectè ualuit paucis his.

Potio Cathartica.

Rec. Aquæ Benedictæ unc. j.

Aquæ mulsæ unc. s.

Miscentor p̄ Haustulo: quo
uomitu & secessu rectè purga-
tus fuit ac habuit.

Diata.

Cibi erant humectantes, ut
iufcula, &c.

Potus.

CVR. EMP. CENT. III. 71

Potus. Decoctum Cardui
Mariæ cum passulis. Atq; sic
sine uenę sectione euasit statim
sanus.

CVRATIO XXXIII.

Ventris doloris.

EXperientia cōprobata Lau-
gingæ in Marci Brentl filia
annorum VII. quæ perpaucis
istis medicamentis illicò sana
facta est.

Purgatorium suaue.

Rec. Extracti esulæ scrup. j.
uini unc. s.

Fiat Haustulus, quem perco-
latum frigidè bibit, atq; ore &
aluo multum euacuata fuit.

Sacculus.

Ventri simul sacculū ex ru-

E 4 ta

*Ventris d
lor.*

*Lauginga
Marx Brē*

*Purgatori
suaue.*

72 MARTINI RVLANDT
ta lacte cocta factum appli-
cabam.

CVRATIO XXXIIII.

*Pleuritidis, Mensiumq³ ob-
structionis.*

*Pleuritis.
Mensium ob-
structionis.
Lauginga.
Riebeck,*

PROBATA Laugingæ in filia
Riebbecken pistoris nata an-
nos XVIII.

Venæ sectio.

CUM ad me ueniret iussi sta-
tim secare Basilicam eiusdem
lateris.

Vnguentum.

ANTE & post uenæ sectionē
latus affectum mane & uespe-
ri perungebatur sequenti un-
guento.

Vnguen-

CVR. EMP. CENT. III. 73

Vnguentum.

Recip. Vnguenti Dialthæg
unc. ij.

Olei amygdal. dul. unc. s.
Dissoluantur & misceantur
ad ignē pro ungu. quo cum in-
unxisset latus superimposuit
Linteum tepidè butyro perli-
tum. Et dolor remisit.

Purgatorium.

Post horum remediorum u-
sum circa nouiluniū exhibui.

Rec. Aquæ Benedictę unc. j.

Aquæ mulsæ unc. s.

Commixta bibit calidè, &
reiecit uaria & multa tam ore
quàm aluo, atq; menses quoq;
rediēre, ac facta est sana.

E 5 Dia-

74 MARTINI RVLANDI

Dieta.

Erat humectans.

Potus. Decoctum hoc,
qd' Rec. Hordei mūdi vnc. iij.

Rosarum } ana P. j.
Violarum }

Liquiritiæ rasæ drach. iij.

Passularum unc. ij.

Ficum num. iij.

Saccharicandi unc. ij.

Decoquantur in lib. xvi. a-
quæ ad consumptionem lib. ij.

Colaturam bibit ad satietatē.

Atq; hæc sunt, quibus mox
sanitatem adeptæ fuit iuven-
cula hæc.

Inappetētia,
capitis do-
lor.

CVRATIO XXXV.

In appetentiæ, capitisq;
doloris.

Exper.

CVR. EMP. CENT. III. 75

EXperta in Lauginga ciuitate ad Danubium fluuiū posita in Andrea Nixelio studio, q̄ ætatis anno xvii. his morbis tenebatur. Sed unica subsequēte potiuncula ebibita sanus statim euasit.

*Lauginga.
Andreas
Nixelius.*

Catharticum.

Rec. Extracti Esulæ drach. j.

Vini unc. iij.

Miscentor, & colantor. Colatum epotum multa uiscosa excrementa per os & aluum eiecit, & ægrum sanum reddidit illico.

CVRATIO XXXVI.

Asthmatis, capitisq̄ doloris.

PRO filio Michaëlis Zolner in Hirbe uitam traducentis, qui

*Asthma cura
capitis do-
lore.*

*Michel Zol-
ner Hirbe,*

76 MARTINI RVLANDI
qui annum agens XVIII. ita curatus à me fuit.

Purgatorium.

Rec. Extracti Esulæ drach. j.

Aquæ unc. iiij.

Quib. mixtis colaturam bibit : qua ore & aluo copiose purgatus est. Post Euacuacionem hanc sudauit aliquot dies capiendo & bibendo calidè mane in lecto Decocti sequentis uncias quinque uel sex : quib. insumptis bene contactus sudauit multum : & cito præsens auxilium sensit.

*Decoctum
sudoriferū.*

Decoctum sudoriferum.

Rec. Carduibenedicti.

Hyssoi.

Sumitat. Centaureimin.

ana

ana M.j.s.

Decoquatur in s. q. aquæ ad
dimidias. Vtebatur hoc ut di-
ctum est.

CVRATIO XXXVII.

*Cecitatis & visus amissi in al-
tero oculorum.*

Cecitas.

*Visus amif-
sus.*

GEorgius Schilling Coria-
rius Gundelfingensis habe-
bat filiulam annorum quinque.

*Gerg Schil-
ling.*

Hæc cum laboraret ecchyma-
tis uel uaris: ijdem uarioli oc-
cupabant alterum quoque ocu-
lum, quos fricando dirupit,

*Gundelfin-
ga.*

sicque oculum perdidit, ac uisum
planè amisit ob crassas, densas
& magnas nebulas totum ocu-
lum obsidentes. Cum autem
parentes ipsius puellæ audiuis-
sent

78 MARTINI RVLANDI

*Aqua oph-
thalmica.*

sent cæcos à me per Dei gratiã
curatos esse, mihi quæ singula-
rem, expertam & bene proba-
tam esse Aquam ophthalmicã
pro omnibus oculorum uitiis
externis propellendis, filiam
ad me deportant, curationem
& sanationem expetunt. Atq;
hæc quidem talis fuit. Manè,
meridie & uesperu iussi puellã
supinam cubare & in nomine
IESV imponere in oculum læ-
sum tres calidas guttas Aquæ
Ophthalmicæ ac deinceps ea-
dem aqua totũ oculum exter-
num lauare, & ita per quartam
horæ partem ore supinato ia-
cere. Hoc cum sedulo facerent
parentes, nebulæ intra quinque
dies

EV. EMP. CENT. III. 79
dies rumpi & solui coepere, at-
que breui tempore ex toto de-
leti sunt, uisumq; affectus ocu-
lus integrè annuente Deo re-
cepit. Ipsi soli Deo Opt. Max.
Archiatro sit benedictio & laus
perennis in secula seculorum,
Amen.

CURATIO XXXVIII.

*Fluxus sanguinis per nares
totum diem du-
rantis.*

*Fluxus san-
guinis per
nares.*

I Oānis Mayr Cereuisiarj Lau-
gingani puella, cum attinge-
ret annum ætatis XVII. in san-
guinis per nares fluxum ingen-
tem incidit, & toto die ex ipsis
copiosus & renitens sanguis
effluxit, Pro hoc sistendo pau-
ca

*Hans Mayr.
Lauginga.*

80 MARTINI RVLANDI
ca sequentia remedia adhibui.

Ligatura.

Primò adueniens ad eam cō
stringebam fortiter digitos au-
ricularem & annularem.

Epithema.

Pōst super frontem, tempo-
ra & ceruicem frigidissimè ap-
plicabam Emplastrum:

Quod, Rec. Argillæ ustæ &
contusæ M. iij.

Aceti rosati. q.s.

Commiscentor in formam
Emplastri uel pultis: cuius ap-
plicatione fluxus actutum con-
stitit.

Lumbrici.
Ventris do-
lor.

CVRATIO XXXIX.

Lumbricorum, doloris ventris,

Matricis q̄s.

Exper-

EXperta Laugingæ in Ioan- Hans Eys
nis Eysle uxore años xxxii. sele.
habente: q̄a me curata sic fuit. Lauginga.

Purgatorium.

Rec. Syrupi de rheubarbaro
sol. unc. j.

Decocti ex uino

Senæ

Melissæ } unc. iij.

Pulegij }

Trochisc. de agarico
drach. j. s.

Commisceantur pro Hau-
stu: qui cum uariis excremen-
tis uermes longos expulit.

Dieta.

Vino, quod bibit, melissam
imposuit. Atq; pauca ista optis-
mū adiuuentū statim attule-
runt.

F CV

82 MARTINI RVLANDI
CVRATIO XL.

Febris Ter-
ana.

1. Nicolaus
Müller.
Dilinga.

*Febris Tertiana ab initio duplicis
post simplicis facta.*

BEne experta & probata in
Nicolao Müllero Magistro
Dilinganæ academix, uiro æ-
tatis suæ annorum xxx. Hic per
meam Curationem sanus cito
euasit sic.

Purgatorium.

Rec. Extracti Esulæ drach. j.
Aquæ Carduibenedicti
unc. v.

Misceantur. Colaturam bis
bit manè, qua rectè multumq̃
euacuatus fuit.

Vene sectio.

Post corporis & alui exina-
nitionem hepaticam aperuit,
&

CVR. EMP. CENT. III. 83
& copiosè sanguinem misit.

Sudoriferum.

Cū febris contumax ipsum
nōdum dimitteret per septem
dies sudavit in lecto bene coo-
pertus bibendo manè & per
quatuor uel quinq; horas ante
accessionem ex sequenti De-
cocto calidè ad uncias, sex uel
septem.

Rec. Carduibenedicti M. ij.

Radicum asari incisarum
unc. j.s.

Decoquātur in aquæ libris
septem ad dimidias, & fiat De-
coctum, quo liberatus à febre
fuit & ad integram sanitatem
peruenit.

F 2 Dia-

84. MARTINI RVLANDI

Dieta.

Potus. Decoctum radicum
cichoreæ.

CURATIO XLI.

Podagra longa.

Podagra.

Iohannes Vuideman

P. Hieronymus Antistes

Monasterij Vuettenhusani

Iohannes Vuideman Reueren-
di & doctiss. Patris ac Domini
ni, D. HIERONYMI, Antistitis
Monasterij Vuettenhusani Cu-
bicularius ætatis anno xxx. in-
festabatur longo tempore po-
dagra, quæ præcipue tormen-
tum ingerebat, articulo mini-
mi digiti & exteriori malleolo,
inde etiam in femur ac coxen-
dicem diffundebatur. Magis
autem mouebatur & diuexa-
bat pedis digitum & malleolū
si quando tempestas erat incer-
ta,



CVR. EMP. CENT. III. 85
ta, mala ac turbulenta. Pro hac
pellenda podagra multorum
monitu & cōsilio usus fuit Ca
tharticis, Venarum sectionib.
Vnctionibus, thermis, &c. Sed
absque ullo profectu. Post hec
persuasus morbum prouenire
ex Maleficio à Maleficis expe
tiuit præsidium, qui Benedi
ctionem, & nescio, quæ alia ad
hibuerunt procuratione, sed
sine omni fructu. Tandem ab
omnibus desperatus ad me ue
nit implorans & flagitans meū
quoq; auxilium: cui mox per
Dei gratiam taliter succurro.

Aqua Antipodagrica.

Supra minimum pedis dex
tri digitum affectum & malleo

F 3 lum

*Aqua Ant
podagrica*

86 MARTINI RVLANDI
lum Aquam podagricam calis
de applico ad eum, quem hic
exponam modum, qua statim
se dolor remittere coepit, & in-
tra diem euasit liber ac sanus.
Et iam multis annis nunquam
laus Deo, recurrit hoc malum.
Est in hac aqua singularis, diui-
na & occulta uis ad profligan-
dam omnem podagram, Gos-
nagram, chiragram, Archridis-
tem, cunctosq; dolores exte-
nos: quos applicata statim mi-
tigat, imo penitus tollit uigin-
ti quatuor horarum spatio aut
biduo ad summum resoluendo
& extrahendo nimirum radici-
tus ex articulorum uinculis,
membranis & tendinibus pi-
tuia

tuitosos humores & quamuis
 materiam peccantem ac dolo-
 res causantem. Est quoque A-
 quæ huius usus ac utendi mo-
 dus semper eiusmodi. Existen-
 te uidelicet podagra uel dolo-
 re in uigore uel actu, linteum
 loco affecto toti adaptatum in
 aquam intingitur, & subcalidè
 aut tepidè in nomine IESV to-
 ti dolori uel articulis uel iun-
 cturis manuum, uel cubitorū,
 uel genuum, pedum uel appli-
 catur. Vbi obseruandum est,
 ut uni solum iuncturæ dolore
 affectæ imponatur linteum nō
 omnibus simul, illa curata, re-
 liquis deinceps (si dolent) sin-
 gulis ordine apponendum. Et

*Aquæ usus
 & utendi
 modus.*

88 MARTINI RVLANDI
quoties linteum siccatum fue-
rit mox iterum aqua madefa-
ciendum, cum spongia uel alio
lindeolo, idq; faciendum dies
noctesq;, donec dolor omnino
recesserit, postea linteum remo-
uendum. Quia tum æger eua-
sit liber, sanus ac saluus. Scitu
dignum etiam hoc est, idq; aliis
quoties expertus sum, multos
recēti podagra affectos omni-
no fuisse liberatos ab hoc ma-
lo, nec amplius relapsum esse,
aqua semel saltem adhita. Inue-
terata uerò podagra lenitur, se-
datur & omnino tollitur u-
tendo hac quoties
recurrat.

CV

CVR. EMP. CENT. III. 89

CVRATIO XLII.

*Partus difficilis, Fœtusq; mortui
in utero gestati.*

*Partus dif-
ficilis.*

PRO Sebastiani Ehingeri ci-
uis Laugingani uxore, quæ
tres dies parere, & ex partu li-
berari non potuit, fœtūq; mor-
tuum in utero gestavit. Quar-
to demū die pro desperata ad
me ueniunt oleum Heraclij a
me expetētes. Nouerant enim
me isto oleo omnib. subueni-
re in partu difficili, maloq; in
fœtu mortuo gestato, & in re-
tenta secundina ac mensibus.

*Fœtus mor-
tuus.*

*Sebastianus
Ehinger.*

Lauginga.

Inuocato itaq; Omnipoten-
te Opt. Medico IESV Christo,

Olei ligni Heraclij guttas
xij. in umbilicum instillare ius

*Oleum ligni
Heraclij.*

F s si.



90 MARTINI RVLANDI
fi. Postea eiusdem olei guttas
xvii. insumere & deglutire mo-
nui. Quibus expeditis & con-
fectis in horę spatio foetus mor-
tuus salua matre exponitur &
excipitur cum secūdina, Laus
soli Deo Opt. Archiatro.

CVRATIO XLIII.

Tormina

Torminum Ventris.

uentris.

M. Christo-

phorus Sil-

berhorn Ie-

suita.

Dilinga.

EXperta Dilingę in M. Chris-
tophoro Silberhorn Iesuita, q
suę ætatis anno xxii. à me ita
curatus fuit.

Clyster.

Rec. Decocti mēthæ

Florum chamo-
millæ

Olei chamomelinī vnc. ij.

Mellis rosati unc. j.

Vitell,

CVR. EMP. CENT. III. 91

Vitell.ouorum num.j.

Salis drach.s.

Cassiae medullae unc. j. s.

Formabatur ex his Enema:
quod iniectum stercora multa
multosq; uitiosos humores e-
duxit, atq; dolores omnes com-
pescuit, irritis omnibus aliis
medicamentis.

Dietā.

Cibos sumebat facilis dige-
stionis, liquidos, non flatuosos
aut uiscosos. Iuscula caponū,
gallarum, carniū ut pluri-
mum exhibebantur.

Parcius, memonente, pran-
debat, parciusq; coenabat.

Potus erat, uinū generosum,
& absinthiacum.

CVRA

Vomitus,
Tussis.

Vomitus cibi & potus, tussisq³ ve-
hementissima cum sanguinis
reiectione.

P. Casparus
Sedulius le-
sulta.
Dilinga.

P. Casparus Sedulius Iesuita
Dilinganus sic affectus erat
cum annos haberet xx. cui ad
hunc modum subueni.

Aqua aci-
dula.

Acidula aqua.

Rec. Aquæ fontanæ unc. vi.
Olei vitrioli tot guttas,
quot sufficiebāt ad red-
dendam aquā acidulā.

Hæc manè ieiuno stomacho
ebibebat frigidissimè, eandēq³
iterū per horam ante cœnam
exhibebam. Qua uomitus fuit
cohibitus statim.

PUR-

Purgatio.

Postridie à sumpta prædicta
Aqua expurgabatur ita.

Rec. Decocti pectoralis

unc. v.

Cassiae recens extractæ

unc. j.

Miscentor pro Haustu, quo
multoties egressit, & sanus sic
cito euasit.

Dieta.

Potus. Decoctū hordei saca-
charatum. Cibus. Iuscula & li-
quida.

CVRATIO XLV.

Asthma.

Asthmatis.

Bartholo-

PRO Bartholomæo Bruseler mæus Bru-
Heluetio & studioso Dilin- seler.
gano XXIII, annos habente : Dilinga.
quem

94 MARTINI RVLANDI
quē statim ab asthma libera-
ui sequēti potione purgatoria.

Purgatorium.

Rec. Agarici drach. j.

Senæ mundatę drach. j. s.

Zingiberis drach. s.

Decoquātur in s. q. seri lactis
ad unc. iij.

Quibus colatis admiscean-
tur.

Benedictę laxat. unc. s.

Trochisc. de Agarico
drach. s.

Redigātur in haustum: quo
eductis multis ac uarijs excre-
mentis pituitosis cōtinuò con-
ualuit.

Dieta.

Cibus. Iuscula & liquida.

Potus.

CVR. EMP. CENT. III. 95

Potus. Decoctum pectorale, quod supra describitur in curatione XIII.

CVRATIO XLVI.

Febris Tertiana duplicis.

Iohannes Denzelius iuuenis bonis literis operam nauans in Academia Dilingana ætatis suæ anno XVIII. in febrem Tertianā duplicē lapsus est. Nam singulo die corripiebatur singulo paroxysmo. Contra hanc febrem tentata sunt multa medicamēta, sed frustra. Tandem meo suasu bibit per quinque dies manē & longè ante paroxysmum Decocti aperitiui maioris cum rheubarbo unc. ij. uel unc. iij. quod cū continuaf-
fer

Febris Tertiana duplex.

Io. Denzelius.

Dilinga.

96^o MARTINI RVLANDI
set expurgatum corpus est le-
niter à biliosis humoribus, &
aperta postea hepatica uena, li-
ber & sanus factus est.

CURATIO XLVII.

*Febris Tera-
tiana notha.
Fridericus
Neuhartt.
Dilinga.*

Febris Tertiana.

FRidericus Neuhartt iuuenis
alius Dilingæ in studijs lite-
rarum uersans circa ætatis an-
num uigesimum Tertiana la-
borabat spuria & non exquisi-
ta. Hic à me mox curatus est ut
sequitur.

Purgatorium.

Rec. Decocti aperitiui ma-
ioris cum rheubarbaro
unc. ij. s.

Syr. de cichorea cū rheu-
barbaro unc. s.

Dias.

CVR. EMP. CENT. III. 97

Diaphænico: }
nos } ana drac.
Elect. de suc- } iij.
co rosarum }

Misceatur pro Hauſtu: quo
rectè & copioſè euacuatus fuit.

Vena ſectio.

Purgato corpore **Basilicam**
uenam aperuit.

Dieta.

Cibus dabatur liquidus &
facilis digestionis.

Potus, Decoctio hæc erat.

Rec. Cichoreæ M. j. s.

Fragariæ M. j.

Rosarum } ana P. j.
Violarum }

Paſſularum unc. ij.

G

Sac

98 MARTINI RVLANDI
Saccharicandi unc. j. s.

Decoquatur simul in libris
aquæ .xvi. ad consumptionem
lib. ij. post colentur. Atq; ex his
paucis bene sensit & à febre sta-
tim liberatus fuit.

CURATIO XLVIII.

Febris ardentis

*Febris ar-
dens.*

*Stephanus.
Brickhart,
Dilinga.*

Stephanus Brickhardt alius
studiosus in Academia Dilingana
uitam agens post ætatis
annum uigesimum ardente
Febre corripit. Sed mox
ad Sanitatem rediit sequenti
curatione per me adhibita.

Purgatorium.

Rec. Rheubarbari

electi

Agarici optimi

} ana

} drach. s.

Radis

CVR. EMP. CENT. III. 99

Radicū cichoreæ drach. j.

Rosarū rubea- } ana
rum } scrup. ij.

Violarum

Decoquantur in s. q. aque ad
unc. ij.

Quibus colatis cōmiscetor:
Syrupi rosati sol. Monta-
ni unc. s.

Elect. de succo ros. drac. v.

Fiebat haustus, quo aluus e-
gessit multa uaria, biliosa & mi-
xta, & statim se rectius sentire
dixit.

Phlebotomia.

Post corporis euacuationem
hepaticam aperuit uenam.

Diata.

Potus erat aqua Saccharata
G 2 per

100 MARTINI RVLANDI
per Manus Christi perlatas. Et
his quidem paucis consanesce
bat statim.

CVRATIO XLIX.

*Colica. Colici doloris intensissimi & gra-
nium symptomatum.*

*M. Georgius
Codonius.
Lauginga.*

D. M. Georgius Codonius
Ecclesiæ Catholicæ Laus
ginganæ superintendens & pa
stor uigilantissimus, ætatis suę
quadraginta annorum coli do
lore sæuissimo & pernecante
prope umbilicum cruciabatur
aliquot dies, cum quo multa
Vomitus. suprà biliosa & pituitosa, emit
tebat, potū simul ac cibum red
debat, cum anhelatione atque
Syncope. Quæ omnia nullis
medicamentis leniri poterant
exce-

exceptis istis, quæ sequuntur.

Clyster.

Rec. Oleorum chamomælini

vnc. iij.

Rutacei

Laurini

} ana unc. ij.

è Castoreo unc. s.

Mellis rosati unc. s.

Butyri recentis unc. vj.

Croci scrup. s.

Miscantor pro Enemate, qd
calidè per Siphonem iniecti, &
per horam retinere iussi: quo
uitiosissima, & maleolètia ex-
crementa multa eiecit, & dolor
ac Vomitus subito remittere
cœpit.

Sacculus Anodynus.

Dolorè quoq; uentris mul-

G 3 tum

Sacculus

Anodynus.

102 MARTINI RVLANDI
tum leuabā ante & in Enema
tis applicatione hoc Sacculo.

Rec. Milij M. ij.

Salis M. j. s.

Cymini M. j.

Mixta inserantur Sacculo.
Qui calidē appositus crebro
multum leniebat dolorem.

Catharticum.

Post enematis usum soluta
aluo & uomitu remittente de-
di paulo ante prandium & coe-
nam per tres cōtinuos dies se-
quentem Bolum.

Rec. Cassiæ recens extractæ
drach. ij.

Cōseruæ absinthij drac. s.

Misceantur pro Bolo, quo
multa & foetida egessit aluus,
&

CVR. EMP. CENT. III. 103
& ægrotus ex toto se melius
habere dixit.

Vnctio.

Ventriculum eiusq; orificiū
affectū & dolens sæpius inun-
gi curavi oleo masticino opt.
quod multum profuit.

Scutum stomachale.

*Scutum sto-
machale.*

Rec. Panis secalicei tostī ac pul-
uerati q. s.

Aquarum ab: }

linthij

Menthæ

} ana. q. s.

Incorporentur in formam
pultis : quæ inducatur super
lintheum uentriculi magnitudi-
nem habens : & superinsper-
gatur sequens puluis.

G 4

Rec:

104 MARTINI RVLANDI

Rec. Cinnamomi }
acerrimi } ana unc.s.
N. muscatæ. }
Caryophyll. }
Macis drach.s.
Masticis drach.iiij.s.

Fiāt puluis subtilissimus, q̄
inspergatur Emplastro, quod
mane & uesperi applicabā ma-
ximo cū profectu calidè. Nam
uomitus sistebatur, & uentri-
culus plurimum roborabatur
hoc.

Dieta.

Cibus erat facilis digestio-
nis, & liquidus, cui piperis mo-
mentum admiscebatur.

Potus uinū generosum, ab-
sins

sinthiacum, maluaticum non
nunquam.

Atq; ex his, Deo Opt. Max.
annuente, Reuerendus & do-
ctus hic Ecclesiastes, perfecte
curatus fuit.

CVRATIO L.

Arthritidis, Podagra, Gonagra,
Chiragra, &c.

Arthritis.

Podagra.

Gonagra.

Chiragra.

Maria Igene

heuserin.

Dilinga.

Maria Igenheuserin ex Au-
gusta Vindelicorū oriun-
da Dilingæ in Arthritidē, hoc
est, in uniuersalem articulorū
dolorem incurrit: nam omnes
eius corporis articuli dolebāt,
& dolores modò humeros, mo-
dò cubitos, modò manus, mo-
dò genua, modò pedes cum tu-
more calido molestabant & af-



106 MARTINI RVLANDI
fligebant, & cum istis nonnihil
febriabat & mensiū fluxio con
sueta deficiebat. Hanc Dilinge
uisitavi, & inueni eam planè
immobilem ob articularē mor
bum in lecto decūbentem. Nis
hilominus curam eius ita ag
gredior.

Phlebotomia.

Sanguinem primò ex utra
que pedum uena saphena dis
cta extraxi, sed dolores nil res
misere.

Per sequētes postea dies tres
exhibui calidè.

Aquæ terræ S. unc. viij.

Quibus epotis in lecto bene
cooperta sudauit, suprâ quoq;
& infrâ multum euacuata fuit
&

*Aqua terræ
Sanct.*

CVR. EMP. CENT. III. 107
& mēſium fluxio redijt, febris
dimiſit, corpusq; mobilius fa-
ctum, ſed dolores remansere.

Aqua Antipodagrica.

*Aqua anti-
podagrica.*

Pro his ergo citò mitigādis,
compescendis ac penitus ſum-
mouendis lintea meo monitu
duplicata in Aqua antipoda-
grica intincta & parum expreſ-
ſa tepide applicabat partibus
affectis & dolentibus, idq; rei-
terabat quoties lintea ſiccata
fuerāt. Ex quo ſolo Epithemas
te dolores illicò mitigati ſunt,
& intra decē horas ex integro
quieverunt & euanuerunt, ac
intra biennium, ut etiam nunc
non reuerterunt. Quare Deo
Opt. Max. meritò gratias agere
& lau.

108 MARTINI RVLANDI
& laudes immortales ipsi semper
referre pro ista cura debet.

CVRATIO LI.

Dentis do-
lor.

Christopho-
rus Baur.

Lauginga.

Oleum He-
raclij.

Dentis do-
lor.

Lauginga.

Matthes
Scherer.

Dentis doloris.

EXperta Laugingæ in Chris-
tophori Baur aurifabri filio
Ioanne tredecim annos nato:
q̄ infestissime affligebatur ex
cauernosi dentis dolore: sed
postquam in cauernulã impo-
suit oleum Ligni Heraclij, con-
festim ex toto euanuit dolor.

CVRATIO LII.

Rursus Dentis doloris.

EXperta in eodẽ oppido Lau-
ginga in Matthæi Scherers
Lanij filio qui natus años qua-
tuor supra decem torquebatur
etiam acerbissimo dolore Den-
tis,

tis, quem intra quadrantē horę
oleum ligni Heraclij nostrum
admotum supra dolētem den-
tem abstulit, neque amplius
rediit.

*Oleum He-
raclij ligni.*

CVRATIO LIII.

Iterum Dentium cruciatus. Dentium

E Adē in ciuitate optimē ex-
perta in Vuolfgango Sprēg
Laternario, qui Dentium cru-
ciat, moestissimos perferebat,
cui succurri eodē oleo nostro
Heraclij ligni. Nam postquam
dentibus dolentibus admoue-
batur, subito dolores leniuit &
penitus ademit. Nam oleum
istud humores extrahit, uer-
mes dentibus innatos necat, &
doloris omnē causam, ex qua
ortum

dolor.

Lauginga.

Vuolff

Spreng.

Oleum ligni

Heraclij, e-

iusq; uires.

HO MARTINI RVLANDI
ortum trahit dolor, tollit.

CVRATIO LIIII.

Visus dimi-
nutus.

Oculorum

suffusio, ne-
bulæ.

Medlinga.

Georg Alt-
hammer.

Aqua oph-
thalmica.

Visus diminuti & corrupti, suffusio-
nis & nebula crassæ apparen-
tis in altero oculo.

IN Medlinga pago non lon-
ge à Lauginga distante Geor-
gius Althāmer Apparitor pa-
tiebatur, in oculo nebulā cras-
sam magnāq; & hypochysin,
unde uisus fuit interceptus. Pro-
ista nebula delenda, & hypo-
chysi remouenda meo consilio
ac iussu manē, meridie, & ue-
speri supinus per quartam hor-
ræ partem decubuit impositis
in affectum oculum tribus gut-
tis calidis ex Aqua nostra oph-
thalmica. Hoc cum continua-
ret,

CVR. EMP. CENT. III. 111

ret, quotidie euanescebat ne-
bula & suffusio, ac breui oculus
uisusq; integrè restitutus est.

CVRATIO LV.

Dentium doloris.

Dentium

LAugingæ bene experta in la-
cobi Rieberi Archigramatei
uiri prudētissimi filia Euphro-
syna; quæ circa ætatis suæ an-
num uigesimum ex dentium
dolore ualde cruciabatur: sed
applicato supra dentes dolen-
tes oleo nostro Heraclio statim
libera sanâq; euasit.

dolor.

Lauginga.

Iacobus

Rieber ar-

chigramma

teus.

CVRATIO LVI.

Iterum Doloris Dentium.

Dentium

TEly Bitl apparitor Laugin-
ganus annos natus octo su-
pra quinquaginta ex dentibus
gravi-

dolor.

Tely Bitl.

Lauginga.

gravi-



112 MARTINI RVLANDI
grauiter dolebat : cui subueni
eodem prædicto oleo. Ita om-
nibus aliis, quibus dedi atque
do subuenit & opitulatur sta-
tim.

CVRATIO LVII.

*Fœtus emor-
tui in utero.
Casparus
Bauman.
Lauginga.*

Fœtus emortui in utero.

CAspari Baumã sutoris Lau-
gingani uxor fœtum in ute-
ro gestabat mortuũ, cuius in-
testina prominebant in partu,
qui cum esset difficilimus & cū
uitæ quoque matris discrimi-
ne cōiunctus me rogauit ut in
extremo hoc malo ipsi afferrẽ
opem & auxilium, quo fœtus
emortuo citò excluderetur. Es-
go itaq; dedi tredecim guttas
ex oleo Heraclio bibendas, &
simul

*Oleum ligni
Heraclij.*

simul umbilico me iubente im-
posuit guttas qundecim de eo-
dem oleo, hoc facto intra dimi-
diam horā adiuuāte Deo Opt.
Max. peperit facilè, & foetum
eiecit dudum mortuum. Ipsa
uerò mater per Dei clemētiam
incolumis euasit.

CVRATIO LVIII.

Hydropis, Anasarca.

Hydrops.

VLricus Harthaus faber ferra-
rius Lauginganus natus an-
nos sex supra uiginti in aquam
intercutem, Anasarcam dictā
deuenit. Nam huius totū cor-
pus languebat & totum intum-
escebat maximè sub noctē,
spiritus impeditè trahebatur
& potissimum post cibum &

Anasarca.

*Vle Hart-
haus.*

Lauginga.

H pos

114 MARTINI RVLANDI
potū, appetitus erat p̄stratus.

Vrinæ spumosæ ac albæ.

Huic intra duas hebdoma-
das Deo mecū cooperante Sa-
nitatē restitui ad hunc modū.

Cathartica Hydragoga.

Rec. Extracti Esulæ drac. j. s.

Aquæ fontanæ unc. vj.

Misceantur & percolentur
pro Haustu : quem frigidè bi-
bit, & aquositates plurimas ex-
duxit & morbus cum sympto-
matibus imminutus est, & V-
rina naturalis facta.

Altero die manè dedi,

Spiritus vitæ aurei unc. j.

Quo omnes penè aquas ex-
gessit, & post hanc exinanitio-
nem tota corporis moles de-
cre-

Spiritus vi-

æ A.

CVR. EMP. CENT. III. 115
crementum sumpfit.

Balneum Laconicum.

Reliquias morbi, & reliquas
aquas intercutis reliquis die-
bus Laconico expulit, eoque cu-
ram felicissimè absoluit, ac in-
tegrè conualuit.

Dieta.

Cibus, Carnes, Oua & siccā-
tia pauca.

Potus uitabatur, urgente
uero ualdè siti, uinum iunipe-
rum concedebam pauxillum.

CVRATIO LIX.

Raucedinis.

Raucedo.

D. Abraham

D. M. Abraham Mannæ Ec-
clesiæ Catholicæ apud Lau-
ginganos pastor uigilantissi-
mus

Mannæ su-

perintendēs

Lauginga.

H 2 mus

116 MARTINI RVLANDI
mus Ecclesiarumq; aliarum Pa
latinarum Episcopus reueren-
dus & doctiss. patiebatur circa
ætatis suæ annum quinquage
simum raucedinem, ob quam
raucè loquebatur, nec concio-
nari poterat.

Hic suasu meo singulis ho-
ris assumebat de Electuario è
zizibis ad quantitatem auel-
lanę, quod in ore tenebat lam-
bendo & mirabiliter confere-
bat. Nam mox rectè & clarè
coepit loqui, & postridiè opti-
mè ac doctissimè concionatus
est.

CVRATIO LX.

*Hydropis Anasarca lethalis cum
seuis symptomatis.*

*Hydrops.
Anasarca.*

Cy.

Cyprianus Kesselbaur Lau: Cyprianus
 gingæ patiebatur Hydro- Kesselbaur
 pem. Anasarcam dictam cum Lauginga.
 orthopnæa, tussi, anorexia, dy-
 suria, & nouissima ualitudine.

Urina erat confusa & foetida.
 Huic utenti meo consilio ita
 per Dei gratiam subueni.

Purgatorium Hydragogum.

Rec. Aquæ terræ S. nostræ
 unc. vj.

*Aqua terræ
 Sanct.*

Hanc bibit frigidè, & aluo
 multas aquositates excreuit, u-
 rinaque ualdè prouocata fuit,
 meliorq; urina, melior respira-
 tio, potuit iacere supinus, tussa
 sis remisit, appetitus rediit, dor-
 miuit, & omnia mitissima fa-
 cta. Dedi tertio die iterū aquā

H 3 hanc



118 MARTINI RVLANDI
hanc terræ S. qua alio pluri-
mum solutus fuit, & urina na-
turalis facta, atq; intra sex dies
ueluti miraculosè annuente &
adiuuante sic Deo Opt. Max.
hydrops, omniaq; Symptoma-
ta euanuere.

Dieta.

Potus fuit rarus, & nullus
nisi Decoctum Hyssopi saccha-
ratum.

CVRATIO LXI.

Epilepsia.

PRobata optimè in Io. Iacobi
Reschingeri antigraphi in
Medinga Monasterio prope
Laugingam sito infante annū
dimidiū nato, qui dies noctes
que persæpe torquebatur epi-
lepsia

Epilepsia.

o. Iacobus

Reschinger.

Medinga.

leptia gravissimè, spumabat,
tremebat, terrebatur, oculi erāt
torui, &c.

Vocatus ad ipsum exhibui
in paroxysmo & mox ante pa-
roxysmum de oleo ligni Hera-
clij guttas nouem: ex quo sta-
tim, Laus Deo, remisit paroxys-
mus, infantulus ad se rediit, at-
que ex toto liberatus fuit, &
postea non amplius in hoc ma-
lum incidit, sed ex eo tempore
multis annis bene, rectè ac libe-
rè uiuit.

Oleum ligni
Heraclij.

Hydrops.

Tympanite

Georgius

Vuagner.

Gundelfin

ga.

CVRATIO LXII.
Hydropisis, Tympanite dictæ.
Georgius Vuagner faber li-
gnarius Gundelfingensis si-
liam habuit, quæ annos unde-

H 4 cim



120 MARTINI RVLANDI
cim nata Hydropisi Tympani
te dicta angebatur & grauiter
promebatur, intestina eius ru-
gitu crebro obmurmurabant,
uenter uehemēter tendebatur
& dolebat, comitabatur astho-
ma, dyspepsia. Vrina erat turo-
bida, spumosa & foetidissima.

Curatio pro hac sananda ta-
lis erat.

*Puennatagogum & Hydra-
gogum.*

spiritus Vi- Rec. Spiritus uitæ aurei unc. s.
a.

Hoc flatus & aquas egeffit
aluo, & statim remisit tumor,
tormina & cætera symptoma-
ta. Vrina etiam naturalis facta
est. Dedi tertio post die iterum
eundem spiritum, qui pariter
opera

operatus est multas sedes, ac peccantem materiam expulit & exturbavit è uentre. Itaque intra octo dies per Dei bonitatem & clementiam integræ sanitati penitus restituta est, laus soli Deo archiatro Opt. Max.

CVRATIO LXIII.

Hydropis, Anasarca.

Hydrops.

Anasarca.

TEly Vualch præfectus mendicorū apud Lauginganos filium habebat nouem annorum, in cuius toto corpore diffundebatur humor multus pituitosus & aquosus.

Tely Vualch

Lauginga.

Hunc (ut alios multos Hydropicus) mox, iuuante Deo, sanauit per solam potiunculam hanc.

H 5

PO-



122 MARTINI RVLANDI
Potiuncula hydragoga
suavis.

Rec. Extracti esulæ quantitas
tem N. muscatæ.

Aquæ unc. iij.

Commisceantor, & facta si-
mul ebullitione maceretur per
noctem. Manè colatum bibit
frigide, quod aluo plurima pi-
tuitosa & aquosa excrementa
expulit. Pro residuis aquosita-
tibus propellēdis exhibui die
sequenti iterum eandem portio-
nem: cuius operatio bona &
multa confestim sanitatem in-
tegram reddidit. Deo omnipo-
tenti soli laus & honor in
secula seculorum;
Amen.

CV.

CVR. EMP. CENT. III. 123

CVRATIO LXIII.

Mania, Furoris seu Insania.

ELIAS SEUTZ Illustr. & Reuerendissimi Princ. ac Dñi D.

MARQUARTI Episcopi Augustani, &c. Tympanista Dilinganus cum ex aula ad suam domū ueniret insania corripī cō-

pit, furoribus instar ferarū inflammabatur, erat iracundus,

temerarius, clamorosus, minax,

inquietus, à febrī quidem immunis, sed peruigilio diu aff-

lictus.

Hunc illustr. & Reuerendiss. Dominus Princ. & Episcopus meæ cōmisit Curæ: cui opem citò per Dei gratiam afferebam

ut sequitur.

ut sequitur.

Mania.

Insania.

Furor.

Elias Seutz.

Dilinga.

Vigilia.

PUT-

124 MARTINI RVLANDI
Purgatorium salutiferum.

Rec. Aquæ stillatitiæ Buglos.
ſæ unc. v.

Pulueris ſenæ laxat.
drach. ij.

Misceantur pro Hauſtu, quo
bilioſa plurima reddidit aluo,
ac mox melius ſenſit.

Somnifera.

Somnifera.

Peruigilum remoti ſic.

Vnguentum.

R. Vnguēti de alabaſtro vnc. s.

Opij grana ix.

Miſcentor. Hoc manē ac ue-
ſperi tempora inunxit.

Lotio. Epithema.

Rec. Foliorū uitis. }

Violarum

Lactuæ

} ana M. ij.

Sali-

Salicis

Florum uiola-
rum

Buglossæ

Nenuphar.

} ana M. j.

Capit. papa. albi num. v.

Coquantur omnia in libr.

12. aquæ ad consumptionem
lib. 4. Hoc Decocto calente la-
uit crebro manus, brachia pe-
desq; & lintea triplicata intin-
cta ad frontem ac tempora ap-
plicabantur. Atq; per ista topi-
ca statim dormire cœpit. qui-
euit, mens insana sanata est.

Balneum.

Altero die post purgationē
eum inuiso, rectius habere ob-
feruo, ex aqua dulci ante meri-
diem

126 MARTINI RVLANDI
diem balneare iubeo.

Phlebotomia.

A meridie cephalicas Ve-
nas seco, & copiosè sanguinem
extraho. Quæ omnia ita pro-
fuere, ut intra triduum mens
sana in corpore sano rursus
extiterit. Pro qua salutari cura-
tione Deo iure immortales a-
gat gratias, & nō amplius pec-
cet, ne deterius ipsi accidat ma-
lum.

CVRATIO LXV.

*Oculi Cataractæ, Nebulæ. Visu
intercepto cum dolore.*

Oculi cata-
racta, nebu-
la.

Hans Vueyn-
mayr.
Glett.

I Oānes Vueynmayr in Glett
habitans patiebatur totū an-
num anno ætatis trigesimo ter-
tio suffusionem & crassam ne-
bulam

bulam in sinistro oculo, que to-
tam operiebat pupillam cum
dolore ita ut nil quidquam uis-
deret.

Hic ad me ueniens Medicū
implorauit auxilium: cui dedi
Aquā meam Ophthalmicam,
de qua guttas tres calidas ma-
ne & noctu in lecto supinus de-
cumbens oculo imposuit: ex
qua per Dei misericordiam in
dies diminuta & breui tempo-
re deleta est nebula & catara-
cta, ut nunc clarè & rectè, laus
soli Deo omnia cernat.

*Aqua oph-
thalmica.*

CVRATIO LXVI.

Partus perdifficilis.

*Partus diffe-
ficilis.*

ANna Nerdlingerina Schu-
sterin nominata Laugingæ
cre-

*Anna Nord-
lingerina.*

128 MARTINI RVLANDI
crebro' quidem partus dolores
& sentiebat & patiebatur, sed
toto biduo parere nō poterat,
& ob tantam difficultatem &
angustiam foetus steruus amit-
tebat.

Ego in consilium adhibitus
exhibui olei succini opt. gut-
tas triginta cū uini unc. s. Vm-
bilico simul ex oleo ligni He-
raclij calētis guttas uiginti im-
posui. Hoc facto intra mediam
horā alacri & erecto animo fa-
cile per Dei præsens auxilium
peperit infantem integrum &
incolumem.

*Oleum He-
raclij ligni.*

*Iscl uia.
Vrina sup-
pressa.*

CVRATIO LXVII.
*Ischuria, Vrina omninò suppres-
sa cum dolore.*

Iaco.

Iacobus Fuchs lanifex Lau- *Iaco. Fuchs-*
ginganus circa ætatis annum *Lauginga,*
quinquagesimum secundum
incidit in omnimodam Vrinæ
suppressionem, ac ita cruciaba-
tur circa vesicam ut in uitæ des-
perationem ueniret. Hic à me
annuente Diuina clementia,
mox liberatus est sic.

Potio Cathartica & Diure-
tica.

Potio ca-
thartica &

Rec. Aquæ stillatitiæ Gratia *Diuretica,*
Dei unc. v.

Extracti esulæ drach. j. s.

Miscantor, & colantor pro
Haustu, quem calidè ebibit, &
statim Vrina expedicè ac co-
piosè fluxit, aluoque multa &
uaria egeffit, atque ex inspera-

130 MARTINI RVLANDI
to ilicet liber ab hoc desperato
malo ipsoq; cruciatu euasit.

Dieta.

Potus. Nihil aliud bibit per
duos dies, nisi Decoctum Gra-
tię Dei. Quod plurimum con-
tulit.

CURATIO LXVIII

*Febris Quotidiana, & Sym-
ptomatum.*

Febris quoa
diana.

Anna
Schlosserin.
Lauginga.

ANNA Schlosserin uulgo nomi-
nata uidua senio confecta,
annosque septuaginta habens.
Lauginga quotidie febrebat,
comitabatur anhelatio, cibi fa-
stidium, capitisq; dolor. Cura-
tionem huius sic exordiebar.

*Purgatorium phlegmagogum
& cholagogum.*

Recip.



CVR. EMP. CENT. III. 131

Recip. Spiritus uitæ Aurei
unc. j.

Spiritus ui-
tæ A.

Hoc rectè, multumq; expur-
gata est, & febris remisit statim
sine Venæ sectione.

Dieta:

Potus. Erat uinum dilutū.

CVRATIO LXIX.

Hydropis, Anasarca.

Hydrops.

GEorgij Krenztius uidua post
ætatis septuagesimum an-
nū correpta est Lauringæ Hy-
dropisi, Anasarca scilicet cum
Orihopnœa. Vrina erat alba
& spumosa.

Anasarca.

*Gerg Krätz-
lin.*

Lauringa.

Eius curationem paucis a-
diorita.

I' 2' Pur-

132 MARTINI RVLANDI
*Purgatorium, Hydragogum,
Sudoriferum & Vo-
mitorium.*

qua terræ Rec. Aquæ terræ sanct. unc. viij.
ncf.

Hanc aquam manè ebibit ca-
lidè in lecto & bene cooperta
sudauit multum, multa pitui-
tosa & biliosa uomuit, multas
aquositates excreuit. Dedi ter-
tio post die iterum, & easdem
euacuationes habuit, per quas
cū omnium admiratione Deo
mecum operante protinus cō-
ualuit. Exhibui & exhibeo
multis Hydropicis aquam istā
qui per eam integræ sanitati re-
stituuntur.

CVRATIO LXX.

Febris Tertianæ.

Expe

EXperiētia probata in Geor-
gij Salmuter ciuis Laugin-
gani uxore Tertiana correpta
anno ætatis suæ quinquagesi-
mo. Hæc è uestigio liberata
est per solam Aquam etiam se-
quentem.

*Potio Cathartica, Sudorifera
& Vomitoria.*

*Aqua pur-
toria, sud-
rifera &
vomitaria.*

Rec. Aquæ terræ sanct. unc. vj.

His calidè epotis per sex ho-
ras ante paroxysmum in lecto
bene cōrecta sudauit, uomuit,
aluoq; egessit biliosa & pitui-
tosa per multā. Et post istas E-
uacuationes confestim remisit
febris, nec rediit amplius.

Et obiter notandum, quòd
nulla sit febris, quāuis longa,

I 3 acu-

134 MARTINI RVLANDI
acuta & pertinax, quam non
pellat ista aqua, sicut demon-
strabunt centuriarum curatio-
nes plures.

Dieta.

Potus. Decoctio radicum
Cichoreæ.

CURATIO LXXI.

Pleuritidis spuria.

Petrus Steinruck civis Laugin-
ganus ætatis suæ annopri-
mo supra quinquagesimum
afflictabatur falsa & mendosa
pleuresi, parum tussiebat, sed
nil sputi emittebat.

Hic à me ita curatus fuit.

Sudoriferum, Catharticum.

Rec. Aquæ terræ sanct. unc. xvj.
Aquam istam calidè bibit in
lecto

Pleuritis

puria.

Peter Stein-
ruck.

Lauginga.

Aqua terræ
sanct.

CVR. EMP. CENT. III. 135
lecto ieiuno stomacho & bene
coopertus sudavit diu multū-
que, & aluo egessit uaria, atq̃
illico liber sanusq̃ euasit sine
uenæ sectione aliisq̃ remediis.

Dieta.

Potus. Decoctio Cardui-
Mariæ.

CVRATIO LXXII.

Asthmatis.

EXperta Laugingæ in Bene-
dicti Sprengen filio, qui na-
tus annos quatuordecim fa-
ctus est asthmaticus & anhelos-
sus siue suspiriosus. Vrina erat
spumosa & turbida. Cum ma-
ter huius ad me ueniret & de
propulsando isto malo consi-
lium peteret, dedi ipsi:

I 4 Aquæ

*Asthma.
Benedict.
Spreng.
Lauginga*

136 MARTINI RVLANDI

*Aqua terræ
sanctæ,*

Aquæ terræ sanctæ unc. v.
Quam frigide bibit & luben-
tissimè: quia naturali & fonta-
næ aquæ est similis colore, sa-
pore & ex toto, excepta occul-
ta qualitate & uirtute Diuina,
quam ipsi Deus omnipotens,
Opt. Max. contra omnes penè
morbos internos indidit. Post
hanc ergò exhaustam aquam
optimè & leniter purgatus est,
atque intra biduū euasit sanus.

CVRATIO LXXIII.

*Ulcuscula
oris, linguæ,
nucium,
ictericia.
erg Seytz.
Lauginga.*

*Ulcusculorum oris, linguæ, fau-
cium cum ictericia.*

Honestus & prudens uir Ge-
orgius Seytz/ Senator apud
Lauginganos cōtaminabatur
&

& perpetiebatur ulcuscula alba, putria, sordida, mala, multaq̄, quæ inficiebant & nonnihil depascere incipiebant os, labra, linguam, palatum & fauces, ut ægerrimè deglutiret & respiraret. Aderat his comes ictericia, & anorexia. Vrina apparebat spumosa, rubens, turbida. Pro his curandis cum aduocatus essem, machinatus sum talia.

Gargarismus.

Rec. Aquæ stillatiçæ plantagininis lib. j. s.

Mellis rosacei

Syrupi de liquiritia ana
unc j. s.

Fiat Gargarismus: quo utebatur

138 MARTINI RVLANDI
batur persæpe, & hoc expur-
gabatur ulcuscula & indies ad
sanitatem tendebant.

Purgatorium.

Vbi post Gargarismum faci-
lius glutire cœpisset exhibui
tale catharticum.

Quod Recip. Decocti senæ
unc. j. s.

Syrupi de rheubarbaro
solut unc. iij. s.

Miscantor pro Hauſtu: quo
ex toto corpore expulsa & ex-
turbata fuit ictericia cum co-
mitibus.

Phlebotomia.

Post corporis expurgatio-
nem uenam Medianam dictã
fecare iussi & sanguinẽ copio-
se extrahi feci.

Dias

Dieta.

Potus. Lac amygdalarum
dulcium Saccharatum. Aqua
mulsa. Cibus. Iuscula, ova re-
centia, & liquida alia. Atq; his
quidem paucis intra paucos
dies sanitati integræ sigillum
datum est.

CVRATIO LXXIII.

Pleuritidis fera & fortis.

Pleuritis.

A Dam Fleschl seruus boni &
honesti uiri Martini Müll-
ri cauponis in oppido Diling-
ga natus annos uiginti duos
correptus fuit sæua, forti & le-
thali pleuritide, febriabat, con-
tinuò tussiebat, difficulter re-
spirabat, ingemebat & dole-
bat lethaliter.

Adam

Fleschl.

Martinus

Müller.

Dilinga.

Vrina



140 MARTINI RVLANDI

Urina erat spumosa, confusa, foetida. Pro isto curando feci talia.

Vomitorium Catharticum.

Rec. Aquæ fontanæ unc. viij.

Extracti Esulæ drach. j. s.

Commixta, colataq; bibit, & si non ieiunus erat, frigide: quo haustu plurima euomit, multaquæ aluo deiecit. Vnde melius & melior urina comparebat postero die.

Phlebotomia.

Statim sequenti die post bonam corporis purgationē meo monitu per chirurgum aperire fecit uenam axillarem eius lateris ubi erat dolor & sanguinem demit ad libram: & post hanc

CVR. EMP. CENT. III. 142
hanc sanguinis missionē conti-
nuo cōsanescere cœpit optimè.

Dieta.

Potus. Vinum concedebam
dilatissimum. Cibus. Iuscula
& liquida erant.

CVRATIO LXXV.

*Hydropisis, Anasarca dicta, &
tumoris maximi virgæ
atq; scroti.*

LEonhartus Betzl piscator
Dilinganus uir annorū qua-
draginta lapsus est in Anasar-
cam hydropem, totū corpus
quasi æqualiter intumescebat,
& languebat, tumebat multū
uirga, & in scroto tumor ade-
rat maximus instar magni ca-
pitis humani.

Comi-

Hydrops.

Anasarca.

*Scroti & uir-
gæ tumor.*

Liele Betzl.

Dilinga.

142 MARTINI RVLANDI

Comitabantur etiam ictericia nigra, asthma inappetentia, sitis, terror in somnis, dolor uentris.

— Urina erat subnigra, spumosa. Contra deplorata ista multa mala, implorato Deo Opt. Archiatro, Medicinas sequentes felicissimo cum successu adhibeo.

Purgatoria Hydragoga.

Rec. Serilactis unc. vj.

Extracti esulæ. drach. ij.

Quibus commixtis & percolatis, colaturā frigidē bibit, qua uomitu & secessu pituitosa & biliosa plurima eiecit, unde mox tumor & symptomata nonnihil remisere.

Bal-

Balneum Laconicum.

Balneum
sudoriferū.

Altero die post primam pur-
gationē parabatur ipsi ex mea
instructione tale Balneum.

Rec. Absinthij

Menthæ

Hysopi

Pulegij

Baccarum

iuniperi

Florū foeni

} ana M. v.

Straminis Auenæ fasci-
culos aliquot.

Hæc omnia decoquebantur
in sufficiente quantitate Lixi-
uij pro Balneo sudorifero, qd
multum conducebat. Nam tu-
mor totius, & scroti quoq; im-
minuebatur.

Post



144 MARTINI RVLANDI
Post Balnei usum exhibui p̄
duos continuos dies.

*Aqua terra
Sancta.*

Recip. Aquæ terræ sanctæ
unc. viij.

Qua aluo & ore reiecit reij-
cienda permulta & uaria, unde
omnia remissiora, Vrinaq; na-
turalis facta. Sequentibus ali-
quot diebus iterum balneauit
magno cum fructu.

Post rursus præbui cathara-
ticum.

Rec. Serilactis unc. v.

Extracti esulæ drach. ij.

Miscentor. Hauſtu isto per-
colato ac epoto ore & aluo e-
gessit plurima, & inde indies
se omnia remisere ac ad sanita-
tem declinauere.

Elapsis

CVR. EMP. CENT. III. 145

Elapsis postea dieb. aliquot
dedi hoc purgans pharmacū,
quod ultimum erat & bene re-
ctēq; euacuando ægrum ad in-
tegram sanitatem, diuina an-
nuente clementia, reducebat.
Id sic habet.

Purgans pharmacum.

Rec. Spiritus uitæ Aurei unc. j. *Spiritus ui-
tæ A.*

Dieta.

Potus erat. Vinum, cui impo-
nebat absinthium, aut hyflo-
pum, aut radices enulæ. Atque
hæc omnia sunt, quibus despe-
ratus æger ad bonā, laus Deo,
peruenit sanitatem.

CVRATIO LXXVI.

Pleuritidis.

Pleuritis.

EXperimento probata Diling *Dilinga.*

K. gæ



146 MARTINI RVLANDI

Beste Say-
ler.

gæ in Sebastiani Sayleri scri-
bæ in cancellaria aulica filiolo
quinque annos habente, & pleu-
ritico: quem mox sanitati per
Dei gratiam restitui sic.

Purgatio fa-
cilis & tuta.

Catharticum facile ac tutum.

Rec. Florum Calsiæ unc. j.

Conseruæ buglossæ
drach. j.

Misceantur, & fiat Bolus cū
saccharo. De quo mane, meri-
die & uesperī per quartam ho-
ræ partem ante cibū capiebat
ad drachmas duas, uel ad ma-
gnitudinem nucis iuglandis.
Ex quo bene laxatus fuit, pun-
ctiones, calor, tussicula, anhel-
tio, & omnia symptomata res-
miserunt, atque indies a graui
hoc

CVR. EMP. CENT. III. 147
hoc morbo se recollegit, & re-
ualuit.

Dieta.

Porus. Decoctum erat hor-
dei saccharatum.

Cibus. Iuscula, & liquida.

CVRATIO LXXVII.

Lingua exulcerata.

Lingua exul-

Optimè experta Dilingæ in *cerata.*
monasterio ad S. Vlricum, *Dilinga.*
ubi domina Suppriorina, (ut
nominant) primaria altera mo-
nialis annorum sex supra sexa-
ginta linguā habebat ex late-
re exulceratam & nonnihil de-
pastam.

Ad hanc me accersitum ro-
gant, & expetunt consilium &

K 2 auxili-

148 MARTINI RVLANDI
auxilium, quod eiusmodi erat.
Manè post cibū & ante introi-
tum lecti tangebatur & mundifi-
cabatur exulceratam partem o-
leo ligni Heraclij quotidie, &
intra paucos dies fuit hoc solo
remedio curata & perfanata.

Oleum ligni
Heraclij.

CURATIO LXXVIII.

Pulmonis
ulcu: sputū
saniei.

Ulceris pulmonis & sputi
saniei.

Vlc Kentz-
ner.
Höchstat.

VLrici Kentneri Cauponis
Hochstadiani uxor, mulier
annorū quatuor supra triginta
pleuritica facta & nō rectè pur-
gata atque curata ad suppura-
tionem uersa est & ulcus in pul-
mone habebat.

Nam assidua & ingentissima
ma:

CVR. EMP. CENT. III. 149
marussi ex pectore & pulmo-
ne sputa emittebat purida, o-
mni putrilagine affecta & foeti-
dissima. Spiritus pessimè ole-
bat, ad pectus dolebat anhelosa
& desperata, atq; totius cor-
poris perturbatio ingens aderat.

Lotiū fuit spumolū & cō-
fūsum. Ista deplorata mulier
post Deū ad me confugit, meū
implorat auxilium, mea expe-
dit remedia. Pro ipsius itaq; sa-
lute eiusmodi curam posui.

Dieta.

Cibus erat facilis digestionis
& parua quantitas.

Potus. Hydromel. Lac a-
mygdalinum parum dulcora-
tum cum Manus christi perlat.

K 3 Et

150 MARTINI RVLANDI
Et Decoctum hoc pectorale.

Rec. Hordei unc. iij.

Hyssoyi M. j.

Rosarum } ana P. j.
Violarum }

Liquiritiæ rasæ drach. ij.

Ficum num. iij.

Passularum unc. ij.

Manus christi perl. unc. ij.

Coquebantur omnia in lib.
aquæ xvi. ad consumpt. lib. ij.
pro Decocto suavi & saluber-
rimo.

Lambetina.

Quoties tussis infestabat in
ore lambendo tenebat.

Loboch hoc.

Rec. Syrupi de liquiritia
de Hyssoyo,

acc-

CVR. EMP. CENT. III. 151

acetosæ simplicis
ana unc. j.

Oxymellis squillitici
Aceti squillitici
ana drach. iij.

Fiat Lohoch. Hoc spura crassa uiscidaq; optimè promouebat & educebat.

Vel Electuarium hoc.

Rec. Electuarij è zizibis
unc. j.

Detinebat ex hoc magnitudinè nucis muscatæ in ore lambendo. Et istud, facilem reddebat tussim, sreatumq; ac sputum facile, & copiosè expectorabat.

Aqua Holagoga.

Aqua terræ

Rec. Aquæ terræ sanct. unc. vj. sanct.

K 4 Hanc

152 MARTINI RVLANDI

Hanc manè stomacho ieiuno in lecto calidè ebibit & sudauit, uomuit & cacauit rectè, rectiusq; sensit ex toto indies.

Clyster.

Cùm animaduertterem omnia quidem ex præcedentibus adhibitis remedijs inclinari, sed corpus nondum sufficienter expurgatum esse, exhibui pro enemate per siphunculū.

Spiritus uis
æ A.

Spiritus uitæ aurei unc. ij.
Hoc aluo deiecit nigra, pessimèq; olentia excrementa, & melius habuit.

Post tres dies dedi:

Panchymagogum hoc.

Spiritus uis
æ A.

Rec. Spiritus uitæ aurei vnc. j. s.
Quo similiter aluo pituitosa,
sa,

sa, lenta, foetidissima, uaria, horribiliaq; excreuit, & postea tota ualetudo in melius omnibus admirantibus abiuit. Nam spiritus erat facilis & bene olens, sputum, album, tussis remissa, Urina naturali similis.

Clyster.

Cum praedictis remediis, Deo adiuuante, bene consanesceret. Post dies aliquot per errorem Diæte praescriptæ recurrit tussis ingens, constipatur aluus, lotium fit iterum spumosum, cōfusum ac turbidum. Vbi mox in iñcio iterum spiritus uitæ aurei unc ij.

Quo rectè multumquē egressit,

K s Pur-

154 MARTINI RVLANDI

Purgatorium.

Altero die post exhibui haustulum:

qui Rec. Syrupi è senna
Spiritus uitæ rubei
ana unc j s.

Miscentor pro Haustulo: quo
aluo deiecit nigra, uiridia, lenta,
foetida & uaria. Et statim
tussis fuit iterum remissa, meliorque
urina.

Holagogum.

Post hæc curiationi finem felicissimè,
laus Archiatro Deo, imposui sic.

Recip. Aquæ terræ sanctæ
unc viij.

Hac calidè ebibita in lecto
sudauit multum, aluoque euacuata

Aqua terræ
sanctæ.

CVR. EMP. CENT. III. 155

cuata multum. Vrina naturalis facta, atque præter omnium spem rediuiua & sanitati integræ restituta ista mulier est Dei Opt. Max. ope, cui soli esto gratiarū actio, benedictio & laus perennis in secula infinita.

CVRATIO LXXIX.

Hydropis Ascyta.

Hydrops.

Simon Mayr agricola & ciuis

Ascites.

Lauginganus anno ætatis sexagesimo secundo in Hydro-

Simon

pisin aquosam lapsus est. Al-

Mayr.

uus, scrotum, femora, & pedes huic ualdè intumuerant, spiri-

Lauginga.

tus difficulter trahebatur, appetitus erat prostratus. Vrina erat spumosa & turbida.

Ad hunc uocatus curandi uiam

156 MARTINI RVLANDI
uiam orsus sum ad hūc modū.

Dieta.

Cibus calefaciens & siccans
dabatur.

Potus erat. Decoctum hor-
dei saccharatum. Hydromel.
Vinum tenue, & absinthiacū.

*Hydragogum & phlegma-
gogum.*

Aquositates & ichores ex
uentre pepuli sic:

Recip. Spiritus uitæ aurei
unc j.s.

Hoc ore proiecit phlegma-
ticos & biliosos humores mul-
tos & malè olentes: consimi-
les pariter aluo excreuit. Se-
quenti die eundem accepit spi-
ritum, quem tales, ut antea, cō-
secuo

*Spiritus ui-
tæ A.*

CVR. EMP. CENT. III. 157
secutæ sunt euacuationes, ac
tumor uentris imminuit se fa-
cilis respirauit, appetitus re-
diit & urina melior reddita.

Hydragogum aliud.

Rec. Aquæ fontanæ unc. vi.

Extracti esulæ drach. ij.

Miscentor, macerantorq; per
n. sem, manè linteo traiectū
bibit: quo magnam aquarum
copiam egessit aluo aluusque
diminuta est ualdè & breui tē-
pore ex integro rectè ac bene
conualuit.

Balneum Laconicum.

Verum hīs diebus, quibus
nō infumebat cathartica phar-
maca ut batur Balneo.

quod

158 MARTINI RVLANDI

quod Rec. Absinthij

Chamomillæ

Menthæ

Baccarum iuni-

peri

Florum fœni M.v.

Straminis auenæ aliquot
fasciculos

Coquantur omnia in suffi-
ciente quantitate lixiuñ iuxta
artem Balnei huius crebro usu
tumor scroti, femorum, & pe-
dum quoque euanuit.

CVRATIO LXXX.

Scabies.

Pruritus.

Merte Vuideman.

Offinga.

Scabiei & pruritus.

Martinus Vuideman in Of-
finga agens annum trigesi-
mum scabie & pruritu totum

COR-

CVR. EMP. CENT. III. 159

corpus foedante laborabat cū
dyspnœa, tussi, anorexia. Uri-
na erat spumosa, turbida.

Is cūm pro sua recuperanda
sanitate me cōsuleret, infra scri-
ptis eum mox sanitati restitui.

Purgatorium.

Rec. Decocti senæ unc. iij.

Conf. Hamech drach. vj. s.

Misceantur pro Hauſtu, quo
rectè, & copioſè expurgat⁹ est.

Venaſectio.

Post corporis euacuationem
hanc cubiti dextri medianam
Venā aperuit, multumq; ſang-
guinem miſit.

Balneum.

A' ſanguinis miſſione ſepti-
mo

160 MARTINI RVLANDI
modo die tale ipsi ordinabam Bal-
neum.

Rec. Aluminis unc. v.

Salpetræ unc. iij.

Sulfuris uiui unc. ij.

Redigantur in puluerem: qui
coquebatur in aqua fluuiali,
quanta sufficit, tertio quoque die
renouebatur. Balneabat ma-
ne & uesperis, & intra xx. dies ab
ista foeda lue & symptomatib.
liber sanusque euasit.

Dieta.

Asthma.

Tussis.

Enderle

Mayr.

Vuidlissins

ga.

Potus erat, Decoctum melis-
sæ saccharatum.

CURATIO LXXXI.

Asthmatis, Tussisq.

EXperta Vuidlissingæ in An-
dreæ Mayr uxore, que anno

æta.

CVR. EMP. CENT. III. 162
ætatis quinquagesimo secūdo
ex his ægritudinibus multum
infirmata erat, quam statim uni-
co sequenti potiuncula libera-
ui & sanaui.

Purgatorium.

Recip. Spiritus uitæ aurei Spiritus uita
unc j. ta A.

Quo per uomitum & seces-
sum ualdè euacuata fuit, statim
quæ conualuit.

Dieta.

Cibi erant liquidi.

Potus. Decoctum hordei
saccharatum.

CVRATIO LXXXII.

Febris acuta, maligna.

CL. & doctissimi uiri Docto-
ris Alberti Fabri Ill. & Reue

*Febris acu-
ta, maligna.*

Doct. Alber-
tus Faber.

Dilinga.

L ren-

162 MARTINI RVLANDI
rendissimi Principis ac Domi-
ni D. MARQVARTI Episcopi
Augustani Cancellarij uxor di-
lectissima & honestissima na-
ta annos uiginti quatuor gra-
ui utero correpta fuit febris acu-
ta & maligna, cum dolore capi-
tis, uigiliis inappetentia, uomi-
tu, sru, &c.

Urina erat spumosa, rubens.
Accitus ad hanc cum essem
erat aegra, rogat maritus, obse-
crat me mater ut filiae charissi-
mae lethaliter decumbenti o-
pem ferrem & auxilium.

Adorior itaq; mox (quia pe-
riculū in mora, maxime in tam
mortifero morbo) curationem
in nomine IESV ita.

Vene.

Vena sectio.

Cum ista esset temperatura sanguinea & aliâs bonæ habitudinis statim per chirurgum sanguinem curavi mittere ex Vena nigra, mediana dicta in curvatura dextri brachij, qui emissus sanguis totus putridus & affectione magna infectus fuit. Ex hac tamē sectione melius se habere sensit & dixit.

Dieta.

Cibus, erant iuscula caponū, gallinarum, alia q̄p̄ liquida.

Potus. Aqua gelida in qua Manus christi perlatae dissoluebantur.

Hactenui & refrigerante vietus ratione adhibita, & uena

L 2 secta

164 MARTINI RVLANDI
secta remittere se incepit calor
fitis, uomitus, &c.

Sudoriferum.

Post phlebotomiam manè in
lecto bene cooperta sudauit bi
bendo haustum,

qui Rec. Vini diluti unc. v.

Rob. sambucini drach. iij.

Dissoluebantur simul. His
epotis multum sudauit & res
ctius habuit.

Purgatorium.

Cum biduū ita sudasset, præ
bui ipsi hoc leue, facile & tutū
catharticum.

Nempe Syrupi è sena unc. iij.
quo egessit multa, uaria, foetis
da, biliosa & spumosa. Postquā
euacuationem febris omniaq;
sym

CVR. EMP. CENT. III. 165
symptomata remisere, & quo-
tidie ad integram sanitatem,
Deo soli laus esto, intra paucos
dies peruenit liberata à morte
& mortiferis morbis.

CVRATIO LXXIII.

*Asthmatis, Tussis, Ictericæ ni-
græ, Ventris Tormi-
num.*

*Asthma.
Ictericus.
Tormina
uentris.*

IOānes Rup. uir annorum tris-
ginta in Vndergloë habitans
ægritudinib. istis chronicis pe-
nè consumptus erat, ac lethali-
ter affectus. Vrina reddebatur
liuida, confusa, spumosa. Ego
in cōsiliū adhibitus hunc mox
per Dei gratiam sanum reddi-
di, hoc modo.

*Hans Rup.
Vndergloë.*

L 3 *Sudo-*

*Sudoriferum & Purgato-
rium.**Aqua terræ
sanctæ.*

Rec. Aquę terræ sanctę unc. vi.
 Hanc manè ieiuno stomacho
 calidè sumpfit, in lecto q̄ bene
 coopertus sudauit multū, mul-
 tumq̄ aluo egressit. Sequenti
 die repetiuit manè eundē hau-
 stum, qui easdem operationes
 habuit, & omnia sunt facta re-
 missa, sed asthma mansit. Pro
 isto itaque abigendo exhibui
 per duos dies manè :

*Spiritus ui-
tæ A.*

De spiritu uitæ aureo unc. j.
 Quo aluo deiecit pituitosa, len-
 ta, biliosa, atra, uaria multa q̄,
 & postmodum pristinæ indies
 sanitati cœpit restitui.

Die-

CVR. EMP. CENT. III. 167

Dieta.

Cibi erant iuscula & liquida
alia.

Potus. Vinum absinthiacū,
decoctio hyssopi.

CVRATIO LXXXIII.

Hydropis, Tympanitæ dicti.

TOannis Helmschrott in Hau-
sen uitam agentis filius anno-
rum tredecim in Tympaniten
hydropem lapsus fuit cum uē-
tris tumore, flatulento dolore,
rugitu, murmure & anhelatio-
ne. Hunc paucis diebus, iuuan-
te Deo, sanum feci, ut sequitur.

*Pneumatagogum & Hydra-
gogum.*

L 4 Rec.

*Hydrops
Tympanita-
rum.
Hans Heln-
schrott.
Hausen.*

Spiritus ui-
gæ A.

Rec. Spiritus uitæ aurei drach-
mas vj.

Hunc per duos dies sumpfit
manè & aluo flatus cum aquo-
sitatibus copiosè expulit, &
mox uentris tumor, dolor, om-
niaq; sublata sunt.

Dieta.

Potus. Decoctio baccarum
iuniperi fuit.

CVRATIO LXXXV.

Spasmi, Tetani dicti.

Spasmus.

Tetanus.

Hans Vuern-
heer.

Lauginga.

IOannes Vuernheer pistor &
senator Lauginganus, uir ho-
nestus & pius annū agens qua-
tuor supra sexaginta correptus
fuit cōuulsionis seu spasmi spe-
cie, quæ Τετανος Græcis dicitur,
Latinis Rigor. Cervix huius &
collum

collū immobile manebat, non poterat nuere uel renuere, nec in neutram partem inflectere, sed rectum cum dolore iuxta in utramq; partem intendebatur, non decumbebat, sed dies noctesq; sedebat erectus & leniter acclinatus.

Is bonus uir & uicinus meus proximus Laugingæ per Dei *Lauginga.* gratiam intra quatuor dierum spatiū paucis sequentibus machinamentis uindicatus est ab hoc malo.

Purgatorium.

Rec. Syrupi è sena unc. iij.
Quo ebibito rectè purgatus
fuit.

L. S. Ster-

Sternutatorium.

Manè utebatur sternutato-
rio nostro in prima Centuria
descripto.

Balneum Laconicum.

Post purgationem utebatur
manè Balneo sudorifero uul-
gari.

Vnctio.

Post Balneum & uesperī per-
fricuit calidis linteis totum col-
lum maximè ceruicem, quam
postea oleo seminis lini perun-
xit, & linteis calidis circumpli-
cauit. His ita factis sanus ex
hoc morbo abiit, ut dictum
est, intra quadri-
dium.

CVRATIO LXXXVI.

Ischuria, seu Urinae retentionis.

Ischuria.

Urinae retentionis.

Fele Staiger qui uulgo Fele Tuchscherer nominatur, ciuis Lauginganus circiter annum ætatis quinquagesimum tertium affligebatur & angebatur Ischuria, seu Urinae retentione. Nam urina in totum supprimebatur cum sæuissimo & flexibili dolore, quem dies noctesque pferebat ob humores vesicae Ceruicis meatum obturantes.

Fele Tuchscherer.

Lauginga.

Hunc à me petentem & efflagitantem auxilium intra horæ spatium per Dei gratiam &

cles

172 MARTINI RVLANDI
clementiam liberaui his pau-
cis admotis.

Instillatio.

Aegroto supino cubante in-
stillare iussi in umbilicū qua-
draginta guttas de oleo ligni
Heraclij.

Balneum.

Instillato oleo Balneo aquæ
dulcis infidebat.

*Catharticum & Diuretici-
cum.*

Insidenti mox exhibui hau-
stum:

qui Rec. Aquæ stillatitiæ
Gratiæ Dei unc. vi.

Extracti esulæ drach. ij.

Mixta colataque ebibit calis.
de.

CVR. EMP. CENT. III. 173

dē, & intra horæ spatiū mingere cœpit copiosè & expedite.

Dieta.

Cibi erant liquidi & pauci.

Potus. Decoctio radicum

Vrticæ.

CVRATIO LXXXVII.

Paronychia, Panaricij.

Paronychia.

EXperta Laugingæ in Valen

Panariciū.

tino Rulādo filiolo charissi-

Lauginga.

mo, qui annos natus tres ange-

Valentinus

batur à duob. panariciis duos

Rulandus.

affligentibus digitos cum acer-

bo cruciatu, Abscessum hunc

Barbari Panaricium, Græci $\pi\alpha\alpha$

$\rho\omega\nu\chi\iota\alpha\rho$, Latini Reduiam, uel

Reduuiā.

Reduuiam, Germani den Wurm/

Vuurm.

uel das Wngenannt uocant. Pro

Vngnant.

his



174 MARTINI RVLANDI
his sanandis talis per me cura-
tio est adhibita.

Oleum sulfuris.

Manè & uesperì iniungebā
hos abscessus oleo sulfuris, &
desuper applicabam.

Emplastrum Diasulfuris.

Per quæ citissimè maturati,
ruptiq; sunt, ac iisdem reme-
diis iterum consolidati ac sa-
nati in paucis diebus.

CURATIO LXXXVIII.

Hydropis, Ascitæ dicti.

Hydrops.

Ascites.

*Tona Zieg-
ler.*

Lauginga.

Tona Ziegler ciuis Lauginga-
nus, uir annorum quadra-
ginta in Asciten hydropem ce-
cidit, uenter, abdomen, crura
& pedes intumescebant, par-
tes corporis reliquæ extenua-
bant.

bantur, respirabat difficulter,
fastidiebat cibos, sitiebat. Vri-
na spumosa, confusa & turbis
da erat.

Curam eius talem habui.

Hydroticum, Hydrago-
gum.

Recip. Aquæ terræ sanctæ *Aqua terræ*
vnc. vi. *sanctæ.*

Hanc in lecto benè contectus
bibit calidè, ac sudor manavit
per hanc è toto corpore tres
horas: & post sudationem ea-
gessit quoque multoties mul-
tas aluo aquositates, & intra bi-
duū annuente Deo, omnibus
admirantibus tumor & sym-
ptomata euanuère, urinaque
naturalis facta est.

Dis.

Diata.

Cibus facilis & paucus.
Potus. Decoctio hyssopi.

CVRATIO LXXXIX.

*Hydrops.**Anasarca.**Onymus**Lurger.**Lauginga.**Anasarca, Hydrops.*

Hieronimus Lurger pellio &
ciuis Lauginganus anno æs-
tatis quadragesimo uel circiter
Hydrope Anasarca dicta op-
primebatur cum tussi, asthma-
te, in appetentia & siti.

Iste a me ita curatus est & sa-
natus citissime.

Hydragogum suaue.

Rec. Aquæ fontanæ vnc. vi.

Extracti esulæ drach. ij.

Commisceantur & colentur
pro Haustu, quem frigidè haus-
sit

fit manè, & omnes aquas aluo
egeſſit, & illicò melius habuit.

Balneum Laconicum.

Post euacuationem factam
per aluum, uſus etiam fuit La-
conico ſuprà deſcripto. Et hiſ
per paucis intra dies paucos,
nempe quinq; ſanus factus eſt
omnino.

Dieta.

Vinum bibit abſinthiacum.

CVRATIO XC.

*Angina, Tonsillarum, & colu-
melle inflammationis.*

Angina.

Squinantia.

Tonsillorum

& columelæ

ſiue Vuua

læ inflama

matio.

ANna Rulandina uxor chariſ-

ſima annum agens ſextum

ſupra quadreſimum angina

correpta eſt, inflammataeque

Anna Ru-

landina.

Lauginga.

M

ton-



178 MARTINI RVLANDI

tonsillæ atque Vuula, ægerrie
mè deglutiuit cibū & potū, dif
ficulter respirauit, & ferè strans
gulata est. Sed auxilium, laus

Deo Christo I E S V Saluatori
nostro Opt. Max. præsens &

Valentissimū statim sensit ex

*Oleum ligni
Heraclij.*

solo oleo ligni Heraclij, de quo
dabam dimiduū cochlear nis
mirum circa drach. iij. quo fau
ces & partes affectas colluebat
crebro, & mox sputum multū
permotum, fauces apertæ, tu
mor, & inflammatio tonsilla
rum ac Vuulæ sublata, atque
intra diei spatium euasit libe
ra, facilè traxit spiritum,

& facilè gluti
uit.

e v 2

CVR. EMP. CENT. III. 179

CVRATIO XCI.

*Insani, maleficiati per
Philtrum.*

Insania.

Maleficia.

Philtrum.

David Held

DAuid Held artium studio-
sus anno ætatis uigesimo
accepit a quadam malefica pla-
centas, quas comedit, ab ea au-
tem discedens mox in itinere
delirare cœpit, & domum ab-
ductus magis insaniuit & in
maniam deuenit. Pro hac ue-
rò leuāda insania ad me studio-
si ueniunt, maniam significāt,
philtrum enarrant, & malefi-
cium exponunt, ac contra hoc
præsidium quærunt. Contra
quod ego dedi.

Aquæ Benedictæ unc. vi.

M 2 Quam

180 MARTINI RVLANDI

Quam iussi ei statim exhibere in nomine IESV hac in sumpta uomitu statim reiecit philtum, siue Venenatas placetas deuoratas, quæ projectæ in terrâ cum astantium admiratione & stupore efferuescebant & ebulliebant ueluti cibus ad ignem efferuens & ebulliens. Reiecto ita Veneno hoc ex insperato continuo infania depulsa est, & intra biduum intellectus ex integro restitutus, recteque, Deo Omnipotentem annuente, conualuit.

Dieta.

Pro potu, Vinum absinthiacum bibit dies aliquot.

Cibus parcè sumebatur & facilis.

CVRA

CVR. EMP. CENT. III. 181

CVRATIO XCII.

Febris quartanae.

EXperta Laugingæ in Nicolao Schmid uiro annorum septuaginta duorum laborante quartana cum asthmate, uētris dolore & aliis symptomatib.

Pro his propulsandis propinaui.

Aquæ terræ sanctæ vnc. vi.

Qua epota calidè in lecto multum sudauit, multaq; biliosa & pituitosa euomuit, omniaque remitti cœpère statim. Pridie quàm redire debuit paroxysmus dedi.

Spiritus uitę aurei unc. ij.

Quo uitiosa, uaria & multa excreuit, & sic impugnata est

M 3 &

Febris quartana.

Clas

Schmid.

Lauzinga.

Aqua terræ sanctæ.

Spiritus uitę

ta A.

182 MARTINI RVLANDI
& febris & symptomata uniuersa atque ocysimè per gratiam Dei euasit sanus.

CVRATIO XCIII

Ulcus Palati.

ti.

Hans Al-

ker.

Lauginga.

Ulcus in palato exorti.

EXperta & probata in ciuitate prædicta ubi Ioannis Alkar bubulci uxor puerpera ulcus in palato habebat altum, cauum & magnum per quod etiam iuscula ad nares aliquando refluebant.

Pro hoc curādo suasi tenuis uitæ homini paucula & paratu facilia hæc medicamenta.

Sudoriferum.

Rec. Fumariæ M.v.

Decoquantur in s. q. aquæ ad dimi-

CVR. EMP. CENT. III. 183
dimidias, & fiat decoctum.

De quo manè bibit ad unc.
viij. calidè, & in lecto multum
desudabat, idquè reiterabat
quotidie quoad sana euasit.

Gargarismus.

Rec. Aquæ fontanæ lib. iiij.

Aquæ mulsæ. lib j.

Plantaginis M. j.

Coquebatur ad cōsumptio-
nem unc. iiij. deinde gargariza-
bat hoc Decocto calente ma-
nè ante & post cibum.

◦ *Lotio.*

Post Gargarismū leniter ul-
cus totum eiusq; labra tange-
bantur aut etiam lauabatur o-
leo ligni Heraclij. Atq; sic bre-
ui tempore percuratū & per-

M 4 sa-

184 MARTINI RVLANDI
sanatum à me fuit malignum
hoc ulcus.

Dieta.

Potui dabatur Decoctum
hordei saccharatum.

CURATIO XCIIII.

Ascites.

Hydrops.

Stephan

Kerl.

Haunsen.

Ascyta, hydropis.

EXperta in Haunsen, ubi Ste
phani Kärli uxor annos nata
quadraginta graui & mortife-
ro hydrope, Ascite scilicet affe-
cta fuit. Vrina eius erat spumo-
sa & confusa.

Hæc à me optimè & breui
curata est taliter.

Hydragogum.

Rec. Serilactis opt. unc. v.

Extracti esulæ drach. ij.

Miscens

CVR. EMP. CENT. III. 185

Miscentor pro Haustu: quē
bibit manē, & tertio post die
repetiuit. Et hoc sanē omnes
aquositates ex toto corpore
exturbauit adeo ut paucis ela-
psis diebus sanitatem iterum
obtinuerit.

Dieta.

Potus erat serum lactis, sed
fitim, meo iussu, præferebat
quantum potuit.

CVRATIO XCV.

*Secundina retenta post
partum.*

*Secundina
retenta.*

Cōperta in Höchstete ciuitate,
ubi in Ioannis Sandmülle-
ri Senatoris uxore diu post par-
tum retenta fuit secundina nō
sine uitæ periculo.

*Hans Sand-
müller.*

Höchstet.

M 5 Post

186 MARTINI RVLANDI

Postquam autem ad me uē-
tum est, ipsam Deo mecum o-
perante ac medente mox libe-
ro per paucis his secretis reme-
diis: primo ex oleo nostro pur-
gatorio tredecim guttas umbi-
lico impono: secundo olei succi
cini opt. & clari guttas octode-
cim cum uini cochleari propis-
no in nomine IESU Saluatoris
nostri. Hoc peracto è continen-
ti secundina est proiecta & eie-
cta & mulier, quā antea in uitæ
discrimine uersabatur per Dei
bonitatem ac misericordiā li-
berata mox est & sanata. Ipsi
Deo solum omnipotenti soli
laus & benedictio esto in om-
ne æuum.

CVRA

CVR. EMP. CENT. III. 187

CVRATIO XCVI.

Asthmatis anxij & mortiferi.

Optimè experta Laugingæ,
ubi Fridericus Seefrid ciuis
Nerdlingensis & pictor præ-
stantissimus peregrè ueniens
me ad se accersit in tabernam
diuersoriam ad quem cum ac-
cessissem uideo hominem in
summo uitæ uersari periculo.
Quia spirabat difficilimè & nõ
nisi recta ceruice & cū multo
sono ac anhelatione, atq; sub-
inde suffocatio timēda, pectus
erat graue, angustum & anxium.
Vires omnes prostratæ. Mor-
bum hunc sæuissimum ortum
habere iudicaui ex uictus in-
tem-

Asthma.

Laugingæ.

Fridericus

Seefrid pi-

ctor.

Nordlinge.

188 MARTINI RVLANDI
temperantia, omnium autem
maximè à pituita crassa & ui-
scida, quæ inuiscata inhærebat
ductibus asperæ arteriæ, pul-
moni, pectori, & uentriculo,
iuxta hanc itaq; indicationem
instructus exhibeo in nomine
LES v desperato ægroto.

*Spiritus ui-
A.*

Spiritus uitæ aurei unc. ij.
Cuius uirtute, Deiq; nutu per
uomitum pituitæ crassæ, len-
tæ, foetidæq; cum bile circiter
octo libras proiecit, & post hæc
euacuationem statim à sæuissi-
mo ac exitiali morbo liberatus
est. Deo Opt. & Misericor-
dissimo laus soli
esto.

CVRA



CVRATIO XCVII.

*Tussis vehementissima cum Asth-
mate & orthopnea.*

Tussis.

Asthma.

Orthopnea

Michaël Vueyfs ciuis Dilinganus, uir annorū quadraginta patiens ista mala à me petiuit remedia. Contra quæ descripsi puluerem optimum & tutissimum.

Michl

Vueyfs.

Dilinga.

Puluis.

Rec. Sulfuris ignem experti
unc. s.

Belzoini seu assæ odora-
tæ scrupul. s.

Miscentor & in tenuissimū
puluerem rediguntur. Hunc
dabā pro sex uicibus per tres
dies continuos una uice capiē-
do,

190 MARTINI RVLANDI
do cum ouo recenti & sorbili
ad scrupulos duos manè & ue-
speri cum iret dormitum. Et
mox intra 4. dies per hoc solū
remedium sanitatē obtinuit,
& ab his omnibus sæuis. ma-
lis liber sanusq; factus est.

CVRATIO XCVIII.

Podagra.

*Podagra.
Hans
Schmid.*

M. Hans Schmid uir annorū
quadraginta uel circiter
correptus grauitè fuit poda-
gra & dolore cū rubore ac par-
uo tumore, qui occupabat mal-
leolos & pollicis articulū. Hic
ad me misit & pro hac curanda
aquam Antipodagricam à me
petiit, quam statim admouit,
ut in superioribus curationi-
bus

*aqua poda-
rica.*

bus dictum fuit, ad dolentē & affectam partem: qua paucarum horarum tēpore ex toto liberatus est à dolore. Et hæc sanè aqua diuina neminem hætenus in releuanda & tollenda podagra, gonagra, chiragra, quæ fefellit: sed omnes ad suam salutem cum Dei laude & gloria usi sunt felicissimo & indubitato cum profectu.

CVRATIO XCIX.

Epilepsia.

Elias Seutz Illustriss. & Reuerendissimi Principis ac Domini D. MARQVARTI Episcopi Augustani, &c. Tympanista ætatis suæ anno quadragesimo Epilepsia horribili & mortifera ia-

Epilepsia.

Elias Seutz

Tympani-

sta.

Dilinga.

192. MARTINI RVLANDI
ra iactabatur & quidem intra
diem tricies corripiebatur, &
tempore per breui interposito,
remissio leuis fiebat, & ad se
non nihil redibat, sed mox ite-
rum contorquebatur grauissi-
me, adeo ut lesuite, qui mecum
aderant, omnem spem de resti-
tuendo ipso abiicerent. Ego
uero, Deo Omnipotenti Me-
dico inuocato ipsum præter
omnium opinionem & expe-
ctationem mox sanum reddo
paucis exhibitis sequentibus.

Antepilepticum,

Post exacerbationem & pa-
roxysmum exhibui de oleo li-
gni Heraclij guttas quindecim
deglutiendas. Postea admoui
Ster-

Sternutatorium,

In prima Cēturia descriptū.
His de nocte factis ad se rediit,
ppriisq; uiribus surrexit.

Purgatio.

Mane dabam:

Aquæ terræ sanct. vnc. v. *Aqua terræ*

Et totidem per horam ante *sanct.*
coenā frigidè bibebat, qua per
uomitum & secessum optimè
expurgabatur, & malum om-
ne ex toto statim remisit & eua-
nuit, nec amplius rediit, sed an
nis iam quatuor, liber ab hoc *Dæmonia-*
malo & superstes mansit. *ca.*

CVRATIO C.

Dæmoniaca & Melancholica. *Melanchos-*
lia. *Anna Hie-*

ANNA Hieberina Dischingæ *berina.*
Dischinga.

N ui-



194 MARTINI RVLANDI
uitam ducens, mulier annos:
rum sexaginta à maligno ue:
xabatur spiritu multis annis.
Quia ante annos plures ince:
stum commiserat cum quodā:
consanguineo, ex quo conce:
perat & pepererat formosum
filium. Cum autē nuptias cum
cognato cōtrahere aut rem am:
plius habere cum eo non lice:
ret, corpore sese prostituit Dia:
bolo, sed non anima. Ex eo tē:
pore cœpit eam malignus spi:
ritus uariis modis exagitare,
uexare, pulsare, suggerere & im:
pellere, ut seipsam occidat, iu:
gulet, submergāt, in templo o:
rare non potuit, quia uerba in:
tercœpit dæmon. Talia ad me
annos.

annos ante quatuor adducta ista mulier mihi est confessa implorans simul & flagitans auxilium. Urina eius, quam contemplantur, erat liuida, turbida, crassa maleq; olens, & ea indicabat melancholiam morbum cum hoc malo concurrere. Nam Balneū Diaboli est melancholia. His cognitis & bene consideratis in Curatione eius ante omnia confugimus ad Deum fortissimum, optimum & omnipotentem Medicum, quem publicè & priuatim ardentissimis inuocamus precibus, curamq; in nomine IESV aggredimur sic.

N 2. Bene-



Benedictio.

Manè, meridie, & uesperitura cubitum monitu iussuq; meo flexis genibus S. cruce signauit frontem, os & pectus sic dicendo :

Num. 6. Supra frontem .✠. Benedicat mihi Dominus & custodiat me.

Supra os .✠. Ostendat Dominus faciem suam mihi, & misereatur mei.

Supra pectus .✠. Conuertat Dominus vultum suum ad me, & det mihi pacem, Amen.

Oratio.

Post Benedictionem orauit ter quam potuit deuotissime.

Oras

Orationem Dominicam, & se-
mel symbolum recitavit Apo-
stolorum.

Confessio.

Sacramentum Coenae.

Monui præterea singulis se-
ptimanis confiteri, & sacrosan-
ctam Coenam Domini sumere.

*Purgatoria medicamenta Me-
lancholagoga.*

Interea dum illa spiritualis
medicina adhibebatur, medi-
cinas etiam corporales offero,
ut sequitur.

Recip. Aquæ terræ sanctæ
unc. viij.

*Aqua terræ
sanctæ.*

Hanc in lecto bene cooper-
ta mane ieiuno stomacho ex-

N 3 hau-

198 MARTINI RVLANDI
hausit calidè, multum, post sus-
dauit, multaꝑ etiam uomitu
& secessu Melancholica & phleg-
matica egressit. Repetiuit eun-
dem haustum per sequentes
duos dies, ex quo easdem ha-
buit euacuationes, atque exin-
de melius habuit & rectius.

Vrina facta naturalis & sano-
rum similis. Et mox Tentator
atque Dæmon præpotenti ma-
nibus v Christi saluatoris no-
stri prostratus est.

Phlebotomia.

Corporis purgatione hac fa-
cta sanguinem per sectionem
utriusque Venæ Cephalicæ in
manibus copiosum me ita iu-
bente extraxit, idèꝑ factū mul-
ta cum fruge. Ster-

Sternutamentum

Post Venarum sectionē per
tres dies usa est nō sine magno
etiā fructu sternutatorio, qđ
describitur in prima Centuria
nostra.

*Purgatio alia panchyma-
goga.*

Elapsis octo diebus a uenæ
sectione bibendum dedi.

Spiritum uitæ aureum ad *Spiritus uis
ta A.*

vnc. j. s.

Quo ore & aluo residuos uis-
tiosos humores expulit, & cura-
rationi finem exoptatum opti-
mumq; imposuit. Atque his
Iesu Christi Opt. potentissimi
& fortissimi Medici præliis
& armis Tentator longissimè

N 4 pro-

200 MARTINI RVLANDI
propulsatus est, & misera mu-
lier à Diaboli potētia, insidiis,
uexationibus & tētationibus
cunctis liberata, conseruata &
saluata breui tēpore fuit. Glo-
ria sit in excelsis DEO: & in ter-
ris pax hominibus bene placitum,
Amen, Amen.

Gratiarum
Actio &
Precatio,

GRATIARVM ACTIO
& precatio Rulandina pro
ægotis.

GRatias ago tibi misericor-
dissime DEVS & PATER Do-
mini nostri IESV CHRISTI,
quòd pro tua paterna miseri-
cordia & in præpotente Ma-
nu tua ægrotos meos sanos
facis.

facis. Da ipsis gratiam, ut grato animo & memoria agnoscant tua beneficia, quæ ipsi per me indignum seruulum præstas ut post receptam sanitate gratias agant tibi semper, resipiscant, amplius non peccent, sed piè iuxta mandata tua uiuant. Rogo quoque te clementissime pater, ut & aliis ægrotis meis miserearis, peccata remittas, errores condones, ad fidem tuam cõuertas, Veram pœnitentiam concedas. Et quia tu uulneras & mederis. Tu percutis *Iob. 5.* & sanas. Tu mortificas & uiuificas. Tu deducis ad inferos. *1. Reg. 2. Sap. 16.*



202 MARTINI RVLANDI
ros & reducis. Tu deniq; Vi-
tæ potestatem habes & mor-
tis: sana obsecro POTENTIS-
SIME Medice eos quoq; pro
tua paterna uoluntate, indul-
gentia, bonitate & misericor-
dia per tua & abs te benedi-
cta medicamēta: & salua eos
in tua uirtute & in sanctissi-
mo nomine I E S V dilectissi-
mi FILII tui optimi Medici a-
nimarū & corporū languen-
tium, ut gloriosissimū tuum
nomen per me omnibus die-
bus uitæ meæ sanctificetur,
laudetur & glorificetur. Ex-
audi Domine P A T E R beni-
gnissime uocem deprecatio-
nis

nis meę iuxta promissionem
 charissimi filij tui dicentis :
Amen Amen dico vobis, si quid pe-
tieritis P A T R E M in nomine
meo, dabit vobis. Da ergò
 quæso ueracissime Pater, o-
 mnipotens Deus, quod ægro-
 torum nomine abs te peto,
 da inquam in nomine I E S V
 Dilectissimi filij tui, qui tecū
 in Vnitate S. Spiritus uiuit &
 regnat Deus omnipotēs per
 omnia secula. Amen. Tibi ô *Apocal. 7.*
 P A T E R Misericordissime, Ti-
 bi ô I E S V Christe amantissi-
 me, Tibi ô sancte Paraclete
 spiritus desideratissime, Tibi
 inquam ô sanctissima Trini-
 tas



204 CVR. EMP. CENT. III.
tas esto benedictio & clari-
tas & sapientia, & gratiarum
actio, honor & uirtus &
fortitudo in secula
seculorum,
Amen.

FINIS
CENTVRIAE TER-
tia.

INDEX ALPHABETICVS LOCVPLES
 continens morbos, sympto-
 mata, ægrotorum nomina, æ-
 tates, loca & medicamen-
 ta iuxta numerum

CVRATIO-
 NUM.

A		gerg Althaymer
Abraham Man- nae superintēdens curatione	54 59	Anasarca, hydrops 58. 60. 63. 69.
capitis Achores	7	75. 89.
Adam Fleschl	74	Andreas Nixelius
Aichbrun	3	35.
doct. Albertus Fa- ber	15. 82	Angina 90
doct. Alexander		Anna Hieberina
Heelen	1	100.
		Anna Nordlinge- rina



I N D E X.

<i>vina</i>	66	92.99.100
<i>Anna Rulandi</i>	90	<i>Arthritis</i> 50
<i>Anna Schlosserin</i>	68	<i>Ascites hydrops</i> 3
<i>sacculus Anody-</i>		79.88.94
<i>nus</i>	49	<i>Asthma</i> 2.36.45.
<i>Aqua acidula</i>	44	72.81.83.96.
<i>Aqua antipodagri</i>		97
<i>ca</i> 8.9.12.27.		<i>Augusta Vindeli-</i>
41.50.98.		<i>corum</i> 12
<i>Aqua ophthalmi-</i>		<i>Ayslinga</i> 10.11.
<i>ca</i> 16.17.37.		13
54.65.		B
<i>Aqua mercurialis</i>		<i>Balneum sudorife-</i>
1		<i>rum</i> 75
<i>Aqua terræ sanctæ</i>		<i>caspar Baumã</i> 57
5.7.13.15.50.		<i>christophor9 Baur</i>
60.69.70.71.		51
75.78.83.88.		<i>Benedict. Spreng.</i>
		72

Bercken



I N D E X.

Bercken	18	Capitis achores seu	
Beste Saylor	76	tineæ	7
liele Bezl	75	Casparus Strigl.	4
tele Bitl	56	Casparus Sedulius	
Brachij dolor	25	Iesuita	44
marx Brentl	33	Casparus Bauman	
Stephanus Brick-			57
hart	48	Cibus purgans	26
Bartholomæus		Chiragra	9. 12.
Brufeler	45		31. 50
pestis cum Bubone		Christophorus	
15		Baur	51
		M. Christophorus	
		Silberhorn	43
		Christophorus Vui	
		deman	27
		Christophorus Zee	
		man	32
		Clas Mayr	11
		Clas	

C

Cæcitas	37		
Calculus renum			
28			
Capitis dolor	23.		
35. 36.			

I N D E X.

Clas Schmid	92	51 52. 53. 55.
georgius Codo-		56
nus	49	io. Denzelius 46
Colica passio	5.	Dilinga 9. 15.
	49	40. 43. 44. 45.
Columella inflama		46. 47. 48. 50.
matio	90	64. 74. 75. 76.
Constipatio	10	77. 82. 97. 99
Cyprianus Kessel-		Dischinga 146
baur	60	Diuretica purga-
		tio 67

D

Dæmoniaca	100	Dolor brachij 25
David Held	91	uide, Podagra.
Decoctum pecto-		Dysenteria 13
rale	14	

E

io. Demleuter	29	sebastianus Ehins
io. Demhartt	2	ger 42
Dentium dolor		Emplastrum ma-
		turans,



I N D E X.

curans, rumpens,	Febris quartana
glutinans 15	92
Elias Seutz 64.	Febris ardens 48
99	Febris acuta 82
Enderle Mayr 81	Fele Tuchscherer
Epilepsia 61.99	86
hans Eysle 39	adam Fleschl 47
	Fluxus sanguinis
	per nares 38
F	Fœtus mortuus 42
albertus Faber 15.	57
82	io. Fraxinius 25
Faucium ulcera	mart. Freytag 23
72	Fridericus Neu-
Febris quotidiana	hartt 47
10.19.68	Fridericus Seefrid
Febris tertiana 20.	96
40.47.70	iacobus Fuchs 67
Febris tertiana du-	Furor 64
plex 46	
	O
	Gars



I N D E X.

G

Gargarismus 72.

93

michaël Gebeler 5

Gerg Schilling 37

Georgius Codo-

nus 49

Gerg Althamer

54

Gerg Vuagner 62

Gerg Krentzlin

69

Gerg Seutz 72

Giglinga 9

empl. Glutinans

15

Glett 65

Gonagra 50

Gratiarum actio

pro agrotis pag.

200

Gundelfinga 37.

62

H

Haimsen 94

ule Harthaus 58

Hans Eysele 39

Hans Helmschrot

84

Hans Hoffschnei-

der 13

Hans Mayr 38

Hans Rup 83

Hans Sandmüller

95

Hans Schmid 3.

98

Hans

I N D E X.

Hans Sturm 19 ca. 58.60.63.

Hans Vuernheer 69.75.89

85 Hydrops tympani-

Hans Vueynmayr tes 62.84

65

Hans Vuideman I

41 Iacobus Rhot 16

doctör Alexander Iacobus Rieber

Heelen 1 55

Hechstet 95 Iacobus Fuchs 67

Herman Schaber Iacobus Vueyn-

22 mayr 10

anna Hieberina Ictericia 72.83

100 Ictericia atra 24

Hirbe 36 Inappetentia 35

Holtzen 2 Insania 64.91

Hydros ascites 3. Insomnia 64

79.88.94 Ioannes Demhart

Hydrops, anasara 2

O 2 10.



I N D E X.

Io. Denzelius 46. 6. 7. 16. 17. 25.
 Io. Demleuter 29. 26. 27. 28. 29.
 Io. Iacobus Re- 30. 31. 32. 33.
 schinger 8. 61. 34. 35. 38. 39.
 Io. Mayrhofer 12. 42. 49. 51. 52.
 Io. Voyd 30. 53. 55. 56. 57.
 Io. Yel 14. 58. 59. 60. 63.
 Ischuria. 67. 86. 66. 67. 68. 69.

K

gerg Krentzlin 69. 71. 72. 79. 85.
 Stephanus Kerl 94. 86. 87. 88. 89.
 cyprianus Kessel 90. 92. 93. 96.
 baur 60. thomas Lebers
 lienhart Kaintz- wurst 17.
 man 18. simon Lentz 9.
 Liele Bezl 75.
 Linctus coquens,
 expurgans 14.

L

Lauginga 1. 4. 5. Linguae ardor 22.
 Lingua exulcerata 73.



I N D E X.

73.77	Marte Müller	74
Lumbrici 21.39.	Marte Vuideman	
10	80	
onymus Lurger	Matthes Scherer	
99	52	
	emplastrum Matu-	
M	rans	15
Maleficium, Male-	hans Mayr	38
ficiatus 91	enderle Mayr	82
Mania 64	clas Mayr	12
Manuum scabies	Medinga	8.19
1	54.61	
Manus tumor, ab-	Medlinga	20
scessus, dolor 30	Melancholia dia-	
Marx Merckle 6	bolica	100
Marte Freytag 23	Mensium obstru-	
Marx Brentl 33	ctio	34
Maria Igenheuse-	uomitus Menstrui	
rin 50	4	
	O 3	10.



I N D E X.

io. Meyrhofer 12 Nicolaus Müller

Michaël Gebeler 40

5

andreas Nixelius

Michl Zolner 36

35

Michl Vueyfs 97

Nordlinga 96

Sebaldus Motz

anna Nordlingeris

28

na

66

nicolaus Müller

O

40

Oculorum lippitus

do

16

N

fluxus sanguinis

per Nares 38

Natta 23

Neoburga 24

fridericus Neuhart

47

thomas Neuhau-

ser 31

Oculorum suffu-
sio, nebulae 54

Oculorum suffu-
sio, nebula, ru-
bor, dolor, &c.

17

Oculi cataracta,

nebula 65

Offinga 80

Oleum.



I N D E X.

Oleum ligni Hera	Philtrum	92
clij 26.42.52.	Pleuritis 6.14.18.	
53.57.61.66.	22.29.32.34.	
77.99	71.74.76	
Onymus Lurger	Podagra	8.
99	12.41.31.50.	
Ophthalmia	98	
Orthopnea	97	Pruritus
P		80
Panaricium	87	Pulmonis ulcus
Paronychia	87	78
Partus difficilis		Purgatio facilis
42.66		et tuta
decoctum Pecto-		76
rale	14.18	Purgatio diuretica
Pestis cum bubone		67
15		cibus Purgans
Peter Stainruck		26
71		Purgatorium et su-
		doriferum 6.83.
		33
		Purgatorium, su-
		dori-
		O 4



I N D E X.

doriferum & uomitorium 15.
70

Q

Quartana, Quotidiana febris, uiz de supra, Febris

di 87
emplastrum maturans, Rumpens, glutinans 15
hans Rup. 83
uomitorium, Ruptorium 18

R

Raucedo 59
Reduua 87
Renū calculus 28
io. Iacob9 Reschinger 8.61
Riebbeck 34
iacobus Rieber 55
iacobus Rhot 16
anna Rulandi 90
ualentinus Rulana

S

hans Sandmüller 95
Sanguinis fluxus per nares 38
beste Saylor 76
Scabies 1.80
herman Schaber 22
matthes Scherer 52

gerg



I N D E X.

erg Schilling	37	fridericus Seefrid	
Scroti tumor	3.	96	
75		elias Seutz	64.
anna Schlosserin		99	
68		erg Seutz	72
elas Schmid	92	Simon Mayr	79
hans Schmid	3	Simon Lentz	9
M. hans Schmid		christophorus Sil-	
98		berhorn Iesuita	
Scutum stomacha-		43	
le	49	Somnifera	64
Sebastianus Ehin-		Spasmus, tetanus	
ger	42	85	
Sebaldus Motz		Spiritus uita au-	
28		reus	58. 62.
Secundina retenta		68. 75. 78. 79.	
95		81. 83. 84. 92.	
casparus Sedulius		96. 100	
Iesuita	44	Splenis scirrhus,	
		O 5 dolor	



I N D E X.

dolor	24	mitorium & pur-
Vuolff Spreng	53	gatorium
benedict Spreng		70

72

Sputum purulen-

tum 78

Squinantia 90

Stephanus Brick-

hart 48

Stephan Kerl 94

caspar Strigl 4

hans Sturm 19

Sudor 19

Sudoriferum 19.

24. 36. 75

Sudoriferum &

uomitorium 11.

13

Sodoriferum, uo-

T

Teli Bitl 56

Teli Vuatch 63

Tertiana febris, uis

de, Febris

Testium tumor 75

Tetanus spasmus

85

Thomas Neuhau-

ser 31

Thomas Alker 93

capitis Tinea 7

Tona Ziegler 88

Tonsillarum in-

flammatio 90

Tora



I N D E X.

Tormina uentris		Vle Harthaus	
43. 83		58	
Tumor	30. 75	Vngnand	87
Tussis	44. 81. 97	Vnderbechinga	
Tympanites hy-		14	
drops	62. 84	Vndergloë	83
V		Vomitus	21. 44.
Valentinus Rulan		49	
di	87	Vomitus menstrui	
Ventris dolor	26.	sanguinis	4
33. 39		Vomitorium & ru	
Ventriculi morsus		ptorium aposte-	
10		matum	18
Vermes	10. 21.	io. Voyth	30
39		Vigiliae	64
Vertigo	23	Visus amissus	37
Vlcus palati	78	Visus diminutus,	
Vlcus pulmonis.		corruptus	54
93		Vrinae suppressio	
		67.	

I N D E X.

67. 86	Vuidliffinga	22.
Vuula inflammatio	81	
90	christophorus Vuideman	27
23	hans Vuideman	
	41	
georgius Vuagner	Märte Vuideman	
62	80	
tely Vualch	63	Wurm 87
hans Vuernheer		
85		
Vuettenhusanum		
monasterium	io. Yel	14
41		
hans Vueynmayr		
65		
Jacob Vueynmayr	christophorus Zee	
10	man	32
michl Vueyfs	michaël Zolner	
97	36	


REGI



REGI seculorum immortalis, 1. *Tim.* 1.
inuisibili, soli Sapienti DEO
honor, gloria, in secula
seculorum, A-
men.


CENTVRIAE TERTIAE
MARTINI RVLANDI,
Curationum Empirica-
rum,


F. I. N. I. S.



BASILEAE,
PER SEBASTIANVM
HENRICPETRI,
Anno
M^o D^o XCI.

Deus in templo
gr





Ug 538

ULB Halle

3

004 977 343



Sb1

Ug







Inches
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

ONVM
RICA
VARVM
LOCIS ET
is optimè ri-
rum & ex-
um
A III.
VLANDO
o, Medico Pa-
laugin-
tinente morbos, &
oca, & Medica-
urationum
gesto.
E Æ.